292
L52q

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign Alternates

https://archive.org/details/quaestionessacer00lehm

UNIVERSITY OF
ILLINOIS LIBRARY
AT URBANA-CHAMPAIGN

292
L 52

QUAESTIONES SACERDOTALES

PARTICULA PRIOR

DE TITULIS AD SACERDOTIORUM APUD GRAECOS VENDITIONEM PERTINENTIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA ALBERTINA REGIMONTANA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXVIII. MENSIS JULII A. MDCCCLXXXVIII

HORA XII

IN AUDITORIO MAXIMO

UNA CUM THESIBUS ADIECTIS PUBLICE DEFENDET

BRUNO LEHMANN
THORUNENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

RICHARD FISCHER, DR. PHIL.
WOLFGANG MEDER, STUD. PHIL.

REGIMONTI.
EX OFFICINA LEUPOLDIANA.
MDCCCLXXXVIII.

5011

GUSTAVO HIRSCHFELD

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Variae erant rationes sacerdotum apud Graecos creandorum.[1]) Quarum quae aetate antecedat, cum disceptari iam nequeat, gentilicia primum commemoranda videntur sacerdotia, ceteris equidem ni fallor, antiquiora. Constat enim inter omnes, usitatissima fuisse totam per Graeciam sacerdotia certis in familiis hereditaria,[2]) e quibus multae — quod Lacedaemone imprimis contigisse videtur — a deo cuius addictae erant ministerio, originem ducebant.[3]) Tum sacerdotes eodem atque ceteri reipublicae magistratus modo a populo creabantur,[4]) aut sorte ducebantur.[5]) Saepissime autem utrumque hoc eligendi genus ita coniungebant veteres ut, cum populus qui digni essent illo munere constituisset, res ad sortem revocaretur,[6]) gratissimum hocce putantes

---

1) Hermann: Gr. Alt. II² 1858 § 34 Schoemann Gr. Alt. II³ p. 423—30. Naegelsbach: Nachhom. Theol. p. 210. Jules Martha: Les sacerdoces athéniens p. 24 sqq.

2) magnum illarum familiarum sacerdotalium numerum composuit W. Wachsmuth: Hellen. Alt. Kunde II² p. 620 sqq. C. I. Gr. No. 1340, 1440, 1444, 1446. 2462, 2467, 3173 etc. etc.

3) C. I. Gr. No. 1340 cum Boeckhii nota 1349, 1353, 1355, 1374.

4) Hom Il. VI 300 *Θεάνω — τὴν γὰρ Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν.* C. I. Gr. 1064. *εἰμ' ἱερῆς ἐγὼ — βουλῆς καὶ δήμου ψηφισαμένης περ' ἐμεῖο* 2347 *ἱέρεια κατασταθεῖσα* 3067 *πρότερον ἱερεὺς αἱρεθεὶς τοῦ Διονύσου* Bd. c. H. VI p. 495 *χειροτονηθεὶς ἱερεύς.* Rev. arch. XV p. 207: *ὅπως ταὶ αἱρέσεις γίνωνται ἐν Λίνδῳ τῶν ἱερέων καὶ ἱεροθυτᾶν.*

5) Plato legg. VI p. 759 B. Serv. ad Verg. Aen. II 199. Foucart: Les assoc. rél. chez les Grecs No. 4, 7, 8, 9.

6) Cic. in Verr. II 125 Syracusis lex est de religione, quae in annos singulos Jovis sacerdotium sortito capi iubeat, quod apud illos

P 30662

deis esse quippe quorum arbitrio hoc modo optime permitteretur eligendi iudicium. Interdum quoque accidit, ut illi ipsi, quos sacerdotes esse vellent, oraculis[1]) aut somniis[2]) homines certiores facerent. Posterioris potissimum aetatis mihi quidem proprium videtur esse, ut sacerdotia aut viris de patria optime meritis darentur, reditus unde assumerent, aut magnas propter impensas, interdum quoque cum illis muneribus coniunctas ad ditissimum quemque deferrentur.[3]) Sacerdotia autem apud Graecos nonnunquam fuisse venalia, apud scriptores nullius nisi unius Dionysii Halicarnassii inveniebatur testimonium, qui Romanorum collaudans res publicas de Romulo rege in hunc modum disserit.[4]) *ἔπειτα τῶν ἄλλων φαύλως πως καὶ ἀπερισκέπτως, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ποιουμένων τὰς αἱρέσεις τῶν ἐπιστησομένων τοῖς ἱεροῖς καὶ τῶν μὲν ἀργυρίου τὸ τίμιον ἀξιούντων ἀποκηρύττειν, τῶν δὲ κλήρῳ διαιρούντων [τοὺς ἱερεῖς] ἐκεῖνος οὐτ' ὠνητὰς χρημάτων ἐποίησε τὰς ἱερωσύνας οὔτε κλήρῳ μεριστὰς, ἀλλ' ἐξ ἑκάστης φράτρας κ. τ. λ.*

Ex ipsis illius verbis quamquam effici poterat, aliis quoque Graecorum in urbibus non inusitata fuisse sacerdotia venalia, tamen huius rei ante paucos hos annos, nullum nisi ex auctoris illius patria exstitit testimonium.

---

amplissimum sacerdotium vocatur cum tres suffragiis ex tribus generibus creati sunt, res revocatur ad sortem Referendum huc esse puto titulum C. I. Gr. 2270 *καὶ πάλιν αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ λαχὼν τοῦ Διονύσου.*

1) C. I. G. 459 = Dittenberger. Syll. inscr. gr. 368 *ὁ θεὸς ἔχρησεν τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων τὴν οἰκίαν τὴν Δήμωνος καὶ τὸν κῆπον δοῦναι Ἀσκληπιῷ καὶ αὐτὸν Δήμωνα [ἱερέα εἶναι] — ἱερεὺς Δήμων τ. δ. ἔδωκεν.*

2) Artemid. Oneirocr. V, 1 „*ἔδοξέτις τοῦ Ποσειδῶνος τοῦ ἐν Ἰσθμῷ τῇ βάσει ἁλύσει προσδεδέσθαι. ἱερεὺς ἐγένετο τοῦ Ποσειδῶνος, ἔδει γὰρ ἀχώριστον εἶναι τῶν τῆς ἱερωσύνης τόπων*“ (Martha c. l. p. 118 n. 7.)

3) Le Bas et Waddington: Voy. arch. II N. 243 Mitt. des Inst. VI p. 167.

4) *Ἀρχ. Ρωμ.* II, 21.

Inde autem ex illo tempore haud ita pauci inventi sunt tituli praeter unum omnes insularum aut Asiae urbium, auctorem illum non modo res domesticas respexisse comprobantes.

Rem ipsam nunc priusquam pertractandam aggrediamur, illorum iam virorum mentio fiat oportet, qui sive de omnibus, quae huc pertinent, inscriptionibus, uberius disseruerunt, sive singulos modo adierunt titulos.

Boeckh: C. I. Gr. II No. 2656 = Opsc. IV 331.

Keil: Zur Sylloge inscriptionum boeoticarum. Jhb. f. Phil. suppl. IV p. 618 sqq.

Rayet: Rev. arch. 1877, XXXIII p. 107.

Dittenberger: Herm. XVI p. 164—76. S. J. Gr. II No. 369, 370, 371.

Anthes: De emptione venditione Graecorum. Quaestiones epigraphicae 1885 p. 5 B. p. 25 sqq. p. 40 sqq.

Herbrecht: De sacerdotii apud Graecos emptione venditione 1885.

Quae Herbrechti dissertatio cum his in studiis aliquamdiu iam Hirschfeldi potissimum impulsus optimi magistri auctoritate versatus essem, eaque ad finem fere perduxissem, subito mihi ante oculos venit, haud ita multo ante in lucem edita. Permultis autem rebus isdemque gravissimis cum plane ab eo dissentirem, ut abicienda putarem haec studia facere non potui.

Bruchmann: Philol. Anz. 1886 p. 435 sqq. iudicium instituens censuramque de Herbrechti commentatione, ut Erythraei imprimis tituli sublevaret difficultates, operam dedit. Qui praeterea egerunt de Herbrechti libro.

P. Stengel: Wochenschr. f. class. Phil. 1887 No. 19 p. 581.

H. Lewy: Berl. phil. Wochenschr. 1887 No. 21 p. 655 hoc loco commemorasse satis habeo, neque enim quidquam attulerunt novi.

I.

1) Titulus Myconius (Andrius).

Tria cum discernenda putaverim, quae huc pertinent, inscriptionum genera, primo loco posui titulum honorarium cuius duo attulit Le Bas apographa alterum Myconium[1]) alterum Andrium[2]). Quonam igitur referendus sit, cum vir ille doctissimus, nihil addiderit, dubium nobis relinquendum videtur esse. Prorsus eum neglexit Herbrechtus[3]), cum ne operam quidem dederit, singula eius verba discribendi.

Praeferendum videtur esse apographum Myconium cuius potissimum lectiones secutus, titulum quantum quidem potui additis supplementis restituere conatus sum.

Var lect. M (apographum Myconium) vs. 1. *αισυν* A (Andrium) *συλε.* — 2 M *ρειαν . . . μει* A *ευαν . . . . μενο.* — 3. M *ργασιασ.* A . . *ειασησ.* — 4. M *δουλ . . . . . ην ιερωσυνηην* A *δουλον . . . . . οσυνηνδ.* — 5. M *λιμενι . ε . . ειταικαιτακ* A *λιμε. . . . . καιτοκ.* — 6. M *ημωνκα* A *τ . . ο . . .* — 7. M *δικαι* A *και* . M *των κητων . . . . ην* A *τονκη.* — 8. M *δημι . . ταιδετου* A *λημυσταιαποτου.* — 10. M *τηιβουληικαιοιμεθαδιαλαβειν* A *τηιβουληκαιοιο. . εθαδιαδαβειν.* — 11. M *σται* A *σθαι.* — 12. M *εγενημενην προσανα . . . εαυτο* A *ε ενημηνπροσαναφορανυποτωνστρατ.* — 13. M *ακολουθα* A *α . . ουθ.* — 14. M *καλοκαγαθια — δημι* A *καλοκογαθιαι — δη* 15. M *ιρωκαι* A *και.* — 16. M *αρχοντος* A *ν . . αρχοντος* M *ενιαυτονκαιθυσαστοισ* A *ενιαυτονκαιθυσασ.* — 17. M *ριας* A . *ω . . ριασ.* — 18. M *τους — παροικους* A *ο . . τους — αιοικους.* — 19. M *δ . . α . . ουσ* A *δεκαιτουσ.* — 21. M *καλωσκαι ἐνδοξω* A *καλοσκαιενδοξο.* — 22. M *τον* A *των.* — 23. M *ορηγησιν — τα* A *ιηγησεν — ταεικ.* — 24. M *ναναγραφην* A *να-*

1) Le Bas et Waddington: Voy. arch. II p. 457 No. 2059.
2) ibid. p. 408 No. 1799.
3) cf. l. c. p. 5 sq.

γραφην. — 25. M *ιον* A *τον.* — 28. M *τουστα . . ασ εκαλε . . ενε . . .* A *Θερουςπαιδασεκαλεσενεπισπ.* — 29. *A* solum exhibet *μη . . ο . γ.* Tituli emendandi supplendique studio litterarum praeterea dispositiones obstant, quas diversas saepe praebent apographa illa.

αισυν
ρειαν μει
ργασίας ἧς εἶχεν προς[ήμᾶς
δουλον . . [τ]ὴν ἱερωσύνην ἣν
ἐπὶ λιμένι ειται καὶ τακ 5
ουσας οἱ καθιστάμενοι ἱερεῖς ἡμῶν κα
δι καὶ τῆς καρπείας τῶν κήπων ην
ν τὸ ἐκ τῆς μισθώσεως (;) του
ὑπ Ἀράτου μεμισθωμένου τὴν ἱερωσύνην
προσ]αναφορὰν τῆι βουλῆι καὶ οἰόμεθα διαλαβεῖν 10
σται δοκεῖ τῆι βουλῆι ἐπιτελεῖσθαι τὰ
τὴν γ]εγενημένην προσαναφορὰν ὑπὸ τῶν στραι[ηγῶν] (;)
προδεδηλωμένος ἀκόλουθα πράσσων
κ]αὶ καλοκαγαθίαι διάκειται πρός τὸν δῆμον
ιρω καὶ γενόμενος μὲν ἱερεὺς τοῦ . . 15
τὸν ἐπὶ τ. δ.] ἄρχοντος ἐνιαυτὸν, καὶ θύσας τοῖς [θεοῖς
ὑπὲρ τῆς σωτη]ρίας πάντων τῶν κατοικούντων τὴν [ἡμετέραν πολιν, ἐδ-
ημοθοίνησεν] τούς τε πολίτας καὶ παροίκους καὶ ἀπ[οίκους καὶ τοὺς
παρεπιδημο[ῦντας ξένους, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἐλευ[θέρους παῖδας.
γενόμενος] δὲ καὶ γραμματεὺς βουλῆς καὶ δήμο[υ εἰς τὸν ἐπὶ τ. δ. 20
ἄρχοντος] ἐνιαυτὸν ἦρξεν καλῶς καὶ ἐνδόξω[ς
ἐπεμελήθη] δὲ καὶ τῶν δημοσίων γραμμάτων καὶ τ[ῶν;
ἐχ[ορήγησεν δὲ παρ' ἑαυτοῦ καὶ τὰ
καὶ εἰς τὴ]ν ἀναγραφὴν τῶν χρηματιζομέν[ων ἐπέδωκε
ιον τὴν ἑαυτοῦ μεγαλομέρειαν ε 25
ἐδημοθοίνησεν τούς τε πολίτ[ας καὶ παροίκους καὶ ἀπ-
οίκους καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας ξένους [ὁμοίως
δὲ καὶ τοὺς ἐλευθέρους παῖδας ἐκάλεσεν ἐπὶ
μη ο γ.

Summi sane est momenti, quod vs. 9 legimus: *ὑπ' Ἀράτου μεμισθωμένου τὴν ἱερωσύνην*; cuiusnam autem dei sacerdotium conduxerit Aratus (lapidis scilicet defectu) non docemur. Quae leguntur vs. 7: *καὶ τῆς καρπείας τῶν κήπων* ita videntur intelligenda esse — neque enim certi quidquam potest affirmari —, ut horti hic commemorentur, quorum reditus sacerdotibus superiore versu commemoratis Arati benevolentia cederent.

Titulum publice esse conscriptum cum sit manifestissimum, nihil habeo, quod addam.

II.

Ad alterum nunc pergamus inscriptionum genus, quarum hoc fere insigne est et peculiare. Decreta sunt aut publica aut privata, magna ex parte eo ipso tempore conscripta, cum emenda vendenda instituerentur singula sacerdotia, quorum praeter pretia, sacerdotum quoque quae fuerint privilegia et officia plus minus accurate definiuntur.

A. Tituli publici.

2) Titulus Halicarnassius.

Omnium, qui huc pertinent titulorum publicorum, celeberrimum longe est decretum illud Halicarnassense, Boeckhio iudice, Augusti fere conscriptum temporibus, de quo cum egerint iam viri illustrissimi,[1]) nisi quae docuerunt illi, repetenda non restant.

Ac primum quidem, cum agendum videatur esse de emptoribus, et viris et feminis sacerdotium ut emerent licuisse haud scio an summopere mireris; sed ita hoc factum, ut deae sacerdos ipsa, quae ut totam per vitam munere

1) enumeravit hos Dittenberger S. I. Gr. No. 371 in praef. cf. praeterea Herbrechtum p. 7 sq. 17, 26, 30, 32—34.

fungatur praescribitur, semper esset femina, nata ex parente utroque cive ad tertium usque genus et paternum et maternum. Hanc enim apertam esse decreti sententiam primus demonstravit Dittenberger inde a vs. 4 titulum in huncce modum restituens: *πριάμενος*[1]) *τὴν ἱερητείαν τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Περγαίας παρέξεται ἱέρειαν ἀστὴν ἐξ ἀστῶν ἀμφοτέρων ἐπὶ τρεῖς γενεὰς γεγενημένην καὶ πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρός. ἡ δὲ πριαμένη ἱεράσεται ἐπὶ ζωῆς τῆς αὐτῆς κ. τ. λ.*

Neque minus accurate sacerdotis enumerantur emolumenta et privilegia. Ut in aliis eiusmodi decretis,[2]) hic quoque discrimen fit hostiarum publicarum privatarumque, ita ut illarum femora femoribusque proxima et quartam viscerum partem et coria acciperet sacerdos, harum femora femoribusque proxima et quartam viscerum partem. Unius sacrificii publici anniversarii accuratius definitur tempus et quidem Heraclei mensis dies duodecimus. Cui etiam, ut intersint praescribitur, eorum uxores, qui tum prytanum funguntur munere, postquam triginta acceperunt ab aerarii praefecto drachmas. Sacra ubi fecerit sacerdos ipsa, eadem quae prytanum mulieribus, huic quoque cedito victimae pars. Alia accedunt; nam pro supplicationibus sub singulorum mensum interlunia pro urbis salute instituendis ex aerario publico (*παρὰ τῆς πόλεως*) singulas accipit drachmas. Quas praeterea stipes singulis annis per tres dies collegerit, quod ut Isidis et Cybeles ita Dianae Pergaeae proprium erat, sacerdotis sunto.

Hactenus de reditibus; sacerdotis autem quae fuerint officia, quantum pertinent ad res divinas rite perpetrandas,

---

1) omisi articulum *ὁ* ante *πριάμενος* quem posuit Keilius l. c. monente Hirschfeldo exhibere hic lapidem nihil nisi interpunctionis notam transscribenti haud dubie debitam.

2) cf. Rev. arch. 28, 1874, p. 106. *Ἐφημ. ἀρχαιολ* 1885 p. 93 similia praescribuntur C. I. A. II 610 III 74. Newton: Collection of anc. greek inscr. III No. 440.

magna iam ex parte commemorata sunt. Dianae denique templum, ut — ipsius videtur impensis — aedificet sacerdoti imponitur, unde optimo iure efficitur, receptas tum primum esse Halicarnassi Dianae Pergaeae caerimonias. Simul θησαυρός instituendus est, in quem, qui sunt sacrificaturi pro adultis hostiis binos pro lactantibus singulos inferunto obolos. Hic thesaurus, — quocum cave ne templi confundas aerarium — ut Andaniae Delique factum esse accepimus[1]) semel per singulos annos ab exetastis aperitur; pecunia inde sumpta, ut ad deae cultum et ornatum consumatur, in decreti fine praescribi videtur, ubi defectu lapidis, cum nonnulla exciderint haec modo legimus: καὶ διδόντων τῇ ἱερείᾳ εἵς τε τὴν ἐπικουρίαν . . . . . ματισμὸν καὶ εἰς ἱματισμὸν καὶ . . . ο . . .

3) Titulus Calchedonius I.

Quam inscriptionem, huic ipsi attribuendum esse ordini, cum e totius constat decreti habitu, tum plane apparet e vss. 13 sqq. A Comanude hanc primum editam,[2]) qui felicissime emendavit Dittenberger, Calchedone oriundam esse, aperte demonstravisse videtur.[3]) Cuinam autem attribuenda sit aetati, cum nusquam typis inveniatur expressa maiusculis, unde aliquid efficere possis, pro certo affirmari iam nequit; attamen, Dittenbergero auctore, Latischeffio[4]) potius fidem habendam esse putans quam Comanudi „sub finem tertii aut initio alterius a. Chr. saeculi;“ incisam eam esse conicio.

---

1) Ditt. S. I. Gr. 388 v. 89. sqq. θησαυροῦ κατασκευᾶς. Hirschfeld: Delos in Dtsche. Rundsch. XI. 1 p. 116.

2) Ἀθην VII p. 207 n. 2.

3) Herm. XVI p. 164 sqq., totum praebet titulum S. I. Gr. No. 369.

4) Journ. d. Minist. für Volksaufklärg. Petersbrg. 1882 p. 243 sqq.

Aesculapii sacerdotii, de quo hic agitur emptio venditio eo demum tempore instituta esse videtur; quod ex omnium, quae huc pertinent rerum accuratissima definitione mea quidem sententia colligi potest, nisi quidem, quotiens illud veniit, repetitam eam esse censeas.

De emptore nunc primum, quidnam constitutum sit inquiramus oportet; legimus enim vs. 9 sqq.: *ὠνείσθω δὲ ὅς κα ᾖ ὁλόκλαρος, καὶ ᾧ δαμοσιοργίας μέτεστι . ἐξέστω δε καὶ παιδὶ ὠνεῖσθαι, ἄλλῳ δὲ μηθενὶ ἐξέστω τὰν ἱερωτείαν ἢ ἑαυτῷ.* Conditionis huius initium, cum sit apertissimum, altera quidnam praescribatur parte, Dittenberger Herbrechtusque[1]) valde inter se dissentiunt. E titulo quidem ipso quonam modo se habuerit res, pro certo intelligi nequit, nam hanc vel illam si sequaris sententiam, difficultates restant maiores, quam quae interpretandi artibus amoveri possint. Ne antem sim longus, mihi potius Dittenbergeri interpretationem arridere, confiteor, cuius hic est sensus. „Patri licet filio emere praeterea vero nemini permittitur, ut alii emat sacerdotium quam sibi ipsi[2])“ Unde simul colligas, ad vitae tempus veniisse sacerdotium, cuius rei quod nulla amplius fit mentio in titulo, valde dolendum est.

Aesculapii autem sacerdotium qui redemerit, omnibus diebus festis corona frontem redimito, epulisque publicis, dei scilicet personam agens interesto. Agrorum praeterea publicorum, qui sunt circa templum, usus ei esto et fructus. Alia huc accedunt emolumenta, nam quae legimus vs. 27: *τᾶς δὲ ποθόδου ἂρ ξειμεὶς Μαχανεὺς* non ad agri fruges sed ad alios sacerdotis reditus spectare patet.[3]) Neque

1) p. 25 cf. praeterea p. 5, 7, 9, 17, 24, 31 sq. 34.

2) cf. p. 71.

3) veram hanc esse vocis *πόθοδος* sententiam repugnante quidem Herbrechto, cum Dittenbergero persuasum habeo, cf. praeter multos Thucydidis locos Mitt. d. Inst. IV. p. 281 . *ὅπως ἔχωσιν ἀπὸ τῆς προσόδου θύειν τῷ θεῷ* . Leb. III. No. 331 . *ἐκ τῆς προσόδου.* *Ἐφημ. ἀρχ.* 1884 p. 47 *καὶ ἐπαυξήσει τὴν πρόσοδνο.*

minoris momenti videtur esse, quod nullo modo sacerdotium semel redemptum eripi ei potuit; quin etiam, qui eius a sacerdotio amovendi auctor exsistere vult, mille drachmis multatur: ὃς δέ κα εἴπῃ ἢ προαισιμνάσῃ ἢ προθῇ ἢ ἐν δάμῳ ἢ ἄλλει καὶ χ' ὁτειοῦν, ὡς δεῖ ἀφελέσθαι τὸν πριάμενον τὰν ἱερωτείαν, χιλίας δραχμὰς ἀποτεισάτω ἱερὰς τοῦ Ἀσκλαπιοῦ. Itaque satis nimirum magnum sacerdotii pretium fuisse legimus vs. 27: τιμὰ ἱερωτείας σὺν ἑκατοστᾷ καὶ τριακοστᾷ δραχμαὶ πεντακισχίλιαι . . . . . κοντα ὀκτὼ τέτορες ὀβολοί. Sacerdotii pretium eponiumque, ubi duobus pensionibus solverit, inaugurabitur; hanc enim esse verborum illorum ἀντεθησεῖται et ἄνθεσιν vim ac notionem, monuit Dittenberger.[1]) Cuius caerimoniae cum sacrificiis sine ulla dubitatione epulisque sollemnibus coniunctae sumptus tolerandi erunt sacerdoti.[2])

De sacerdotis officiis non nisi haec nobis traduntur vs. 24: κοσμεῖν δὲ τὸν ἱερῆ τὸν ναὸν καθ' ἁμέραν . ἐπιμελέσθαι δὲ αὐτὸν καὶ τᾶς στοᾶς τᾶς ποτ τῷ Ἀσκλαπιείῳ ὅπως καθαρὰ ᾖ.

4) Titulus Rhodius (?)

δαλιον
ἦσα]ν προστάται
Ν]ικια Ξενοφῶν Παρ
ωνος Διοφαντο
5 τοὶ αἱρημένοι συν

1) S. I. Gr. No. 369 n. 15 p. 534.

2) tituli hunc locum summi esse momenti, notandum videtur, praesertim cum nullum adhuc exstiterit testimonium certum de conficiendis religionibus in sacerdotio apud Graecos ineundo cf. Schoemann II p. 432 n. 2 Iules Martha l. c. p. 40 sq.; de ipsa caerimonia fusius disputaverunt Dittenberger l. c. et Herbr. p. 33.

τοῖ̣ Ἀσκλαπιοῦ καὶ [τᾶς Ὑγιείας
τας Θευδώρου
Ἀριστεὺς Ἀριστε
ι̣[ᾶι πράσει τᾶς ἱερωσύνας
καίη τίονα ἱερεῖα
τοὶ δὲ πωληταὶ α
Ἀσκλ̣απιοῦ καὶ τᾶς Ὑγ̣ιείας
ἱ̣ερωσύναν ἔστω
τ̣ῶν δὲ κατεσ

Hunc titulum cum inter alios publici iuris faceret E. Gardner[1]), Rhodium esse putavit, nihil afferens nisi eiusmodi titulos aperte Rhodo oriundos esse. Qua quidem in re, num recte iudicaverit addubitans, recte eum suspicatum esse putem, titulo nostro decretum contineri, quo constitueretur, quomodo sacerdotia quaedam venirent, quosque qui illa redemissent, perciperent fructus. Id unum parum videtur esse certum, num de compluribus hic agatur sacerdotiis; omnibus enim e partibus infractus est titulus, ita ut continuus verborum ordo defectu lapidis interruptus nullo modo restitui posse videatur, praesertim cum, qui fuerit singulorum versuum modus omnino perspici non possit. Quam ob rem ad unius Aesculapii Hygieaeque sacerdotii venditionem videtur referendus esse, quam publice esse factam *οἱ πωληταὶ* vs. 11 commemorati optime testantur. E versu autem decimo, ubi Ludwicho v. d. auctore *καίη τίονα ἱερεῖα* legendum esse pro certo habeo,[2]) deficiente quidem iota, quod dicitur adscriptum, post *καίη*, effici potest, hoc quoque titulo, ut in ceteris eiusdem ordinis praescripta contineri de sacerdotum officiis emolumentisque.

---

1) Journ. of. hellen. stud 1885 p. 252: Inscriptions from Cos No. 3a.

2) Gardner exhibet: *καὶ ηπίονα*(;)

Quibusnam temporibus conscriptus sit titulus, quod neque ex eo ipso, neque e Gardneri typis colligi potest, summopere dolendum est; ceteris priorem omnino non habuerim.

5) Tituli Prienenses.

Restat, ut titulorum commemorem Prienensium fragmenta;[1]) quibus quid contineatur, singula praesertim si sequimur, cum in tot litterarum iactura valde sit dubium, ab Hicksio iam investigata paucissimis hic recantare contentus sum. Ne illud quidem satis liquet, num revera pertineant ad sacerdotiorum venditiones, quamquam viri illius doctissimi supplementis assentiri equidem non dubito, summi esse momenti putans, quae legimus 427 c. v. 5: . . . *ω τῶι πριαμέ[νῳ*. Secundo fere a. Chr. n. saeculo illos conscriptos Hicksius ad Neptunum Heliconium pertinere vult, cui adorando operam navasse constat commune illud Ionum[2]) {*τὸ κοινὸν τῶν Ἰώνων.*} At mea quidem sententia Strabonis, quod parvi aestimat ille, obstat testimonium:[3]) *καὶ δὴ πρὸς τὴν θυσίαν ταύτην καθιστᾶσιν* { *οἱ Ἴωνες* } *ἄνδρα νέον Πριηνέα τὸν τῶν ἱερῶν ἐπιμεληθόμενον.* Itaque decedendum puto ab his titulis, nam ut nunc res se habet, nihil iam certi effici posse videtur.

B. Tituli privati.

Ad privatos transeamus nunc oportet titulos, qui quamvis pauci, tamen non parvi videntur esse ponderis. Nam cum *ὀργεώνων* sive *μυστῶν* sodalicia illa imitari consueverint

---

1) C. Th. Newton: Collect. of anc. gr. inscr. in the brit. mus. III_1 ed Hicks No. 426, 427.

2) cf. Gilbert: Handbuch II p. 135 sqq.

3) Geogr. VIII, 384.

instituta publica,[1]) hac quoque ex re, quam late propagata fuerit sacerdotiorum emptio venditio effici potest.

6) Titulus Tomitanus.

Quem primo loco posui titulum, quamquam commentariis illis austriacis, ubi publici iuris factus est[2]), Callatinus esse fertur, Tomis oriundum esse, Herbrechtus optimo iure videtur demonstrasse. Accedit quod in musei Smyrnaei diariis eodem de titulo haec invenimus:[3]) *ἐπὶ μαρμάρου λευκοῦ — μετενεχθέντος ἐκ Τόμεως εἰς Βουκαρέστιον.* Quare, cum, ut de plerisque inscriptionibus ibi a Tocilescu v. d. editis,[4]) ita de hac quoque parum constet, Herbrechtum sequi non dubito.

Pertinet autem hoc decretum ad cultum *τῶν μυστῶν θεῶν τῶν ἐν Σαμοθράκῃ*, quibus adorandis collegium illud Tomitanum operam navavit, unde simul colligas[5]), id non ante saeculum a. Chr. n. tertium esse exaratum. Quorum sacerdotium qui redemit Timaeus Stratonis totam per vitam res divinas perpetrato: *ἱερήσεται διὰ βίου καὶ Ἀττατουρεῶνος τῇ ἑβδόμῃ παρέξει τὸ πέμμα σχίξας καὶ ἐγχέει τὸ ποτὸν*[6]) *τοῖς μύσταις καὶ πομπευθήσεται παρ' αὐτοῦ.* Hoc demum tempore, quo scriptus est titulus, sacerdotium primum veniisse vel inde apparet, quod is quoque, qui antea sacerdotio functus erat, ut aliqua ex parte sacrificiis intersit, praecipitur.[7])

---

1) Foucart: Les assoc. rél. chez les Gr. p. 50.

2) Arch. Epigr. Mitt. a. Oest VI p. 8 ed G. Tocilescu.

3) *μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς* Smyrna 1885 p. 47 *νθ'*. Lectionis praeterea, quae ibi exstant varietates omnino non esse respiciendas primo iam cognoscitur obtutu.

4) l. c. p. 1, n. 1.

5) Conze Benndorf: Samothrake II p. 109, Preller. Gr. Myth. I[3] p. 700.

6) Lobeck: Aglaoph I 24—25.

7) munere quodam sodalicio, qui functi sunt saepe eiusmodi afficiuntur honoribus cf. Foucart: Les assoc. rél. p. 22.

7) Titulus Calchedonius II.

Sequitur titulus, circa Calchedonem veterem inventus, ubi nunc est Anadoli-Kavak ei quem modo commemoravi simillimus[1]); decretum continens, quidnam ex hostiarum carne pellibusque cederet ei, qui duodecim deorum sacerdotium redemisset: *ὁ πριάμενος τὰν ἱαρωτε[ίαν τῶν/θεῶ]ν τῶν δυώδεκα ἱερωτεύσει ἐ[πὶ ζωᾶς/ἐν]δασάμενος τῶν θυομένων πάν[των*[2]*) τ/ὰ] δέρματα καὶ τὰς κωλέας. ὅσα κα τ[οὶ/ . . . ρωται θύωντι τοῖς δυώδεκα θεοῖς ἐν τ[ούτῳ τῷ Νικομαχείῳ.*

Dittenbergeri auctoritatem,[3]) qui, cum Anadoli-Kavak haud procul ab eo loco absit[4]), quo quondam exstiterat *ἱερὸν Διὸς Οὐρίου* per totam antiquitatem famosissimum,[5]) — cuius nostra quoque memoria conspiciuntur ruinae,[6]) — titulum nostrum ad cultum duodecim deorum,[7]) ibi una cum Jove adoratorum referendum esse putaverat, Herbrechtus secutus est (p. 9), mox autem (p. 35) non satis perspici posse docet, sacerdotium utrum ad privatum quoddam pertinuerit sodalicium, an publicum fuerit. Immo vero nullo modo titulum ad illud *ἱερὸν* referri posse, *Νικομαχεῖον* vox luce clarius demonstrat. An putaverit quisquam, in illo ipso fano, ut iam dixi celeberrimo, cuius de possessione pugnabant Calchedonii cum Byzantiis,[8]) templum fuisse XII deorum, antiquitus[9]) ibi cultorum, denominatum a Nicomacho quodam aedificatore?

---

1) ed. Curtius: Berl. Mon. Ber. 1877 p. 459 cf. Herbr. p. 5, 9, 14, 17, 31, sq. 35.

2) Cutius *πὰν[τα*, sed praeferendum Herbrechti *πὰν[των*.

3) Herm. XVI, p. 166.

4) Mueller Geogr. graeci. min t. XVII.

5) Mueller l. c. I, p. 380 not.

6) Mordtmann Rev. arch. 1878 XIX, p. 302.

7) Mueller II, p. 57, 75.

8) cf. Lolling: Hellenische Landeskunde in J. Mueller: Handbuch III p. 260,

9) ipse Jason Pontum proficiscens, aut inde rediens duodecim ibi deis sacra fecisse fertur. Apoll. Rhod. Arg. II. 531. Pol. IV, 39,6.

Sed quid his opus, quippe qui titulo ipso publicusne sit an privatus doceamur. Ac primum quidem eius initium, ubi non adeo multum evanidum factum esse puto, tale non est, qualia sunt decretorum publicorum. Multo autem gravioris videtur esse ponderis, quae legimus vs 5 sq: *ὅσα κα τοὶ . . . ρωται θύωντι*. Perperam ibi Curtius *Ἱρῶται* ipse addubitans, Herbrechtus *ἰερῶται* emendare conati sunt, neque enim ullum praebet utrumque sensum. Nam quantum quidem ex ipsius huius decreti natura efficitur, nomen ibi exstitisse confirmandum est collegii illius, quod duodecim deorum cultui navavit operam. Ac primum quidem deleta littera *P* emendationem *θιασῶται* certissimam habui, mox autem dubia mihi visa est res, praesertim cum illis regionibus altera huius verbi forma *θιασῖται* usitata videatur esse.[1]) Quare, quamquam eiusmodi sodaliciorum nomina haud pauca nobis nota sunt,[2]) iam de loco hoc sanando videtur decedendum esse.

Quaeritur nunc, quid sit illud *Νικομαχεῖον*, cum Herbrechti Dittenbergerique sententiam omnino nos sequi non posse viderimus. Ac primum quidem *Νικομαχεῖον* dici poterat domus publica, tum domus sacra.

Operibus publicis apud Graecos quoque eos interdum nomina imposuisse qui ea aedificaverunt *Διογένειον*,[3]) *Ἀγρίππειον*[4]) Atheniensia, *Φιλίππειον*, *Ἀριστάνδρειον* Megalopolitana, *Λεωνιδαῖον* Olympicum[5]) similia aperte demonstrant. Longe tamen hoc diversum est a Romanorum moribus, quos

---

1) Maurer: de anis Graecorum pluribus deis in commune positis 1885 p. 69. Moeris p. 186 *θιασῶται διὰ τοῦ ω Ἀττικοί, θιασῖται Ἕλληνες* C. I. Gr. 2271. v. 4, 46, 54 *ἀρχιθιασίτης*.

2) Lueders: [illegible] ie dionys. Kuenstler p. 28.

3) cf. U. Koehler, Herm. VII. p. 1: Ein Verschollener.

4) Philostr. vit soph II, 5, 3; 8,2.

5) Paus VIII 30,6; 30,10; 32,1. Boetticher: Olympia p. 353. G. Hirschfeld, Arch. Ztg. XL p. 116, 121.

Herbrechtus respexisse videtur, putans eo anno Nicomacheum esse aedificatum, cui cum esset eponymus Nicomachus nomen imposuit. Nullum huius rei exemplum apud Graecos inveniri persuasum habeo, illa enim quae supra commemoravi aedificia ab hominibus privatis cum essent exstructa, tum demum publica facta in illorum honorem ita nominata sunt.

Quo concesso, cum plerisque verbis in *ειον*, *αιον*, *ιον* excidentibus templa significentur, nostrum quoque *Νικομαχεῖον* templum optime intelligetur dei cuiusdam Nicomachi. Compluribus deis autem cum saepissime fuerint arae et aedes communes,[1]) nihil iam impedit, quominus Nicomachum duodecimque deos uno eodemque templo ab illo denominato divinis honoribus cultos esse putemus. Nicomacho praeterea Machaonis filio templum Pheris exstructum esse Pausania teste[2]) accepimus. Noster autem titulus, pertinatne ad eundem, ut in rei natura est positum sciri iam nequit, quamquam verisimillimum mihi quidem videtur esse. Id unum iam affirmari potest, non probandam esse Curtii emendationem ab Herbrechto adoptatam in vs. 1: *Νικομάχου τοῦ θυ[οσκόου*. Neque enim Nicomachus ille *θυοσκόος* i. e. *διὰ τῶν ἐπιθυμιαμάτων μαντευόμενος*[3]) dici poterat. Immo potius pro littera *Y* sine dubio aliqua iam ex parte evanida, scriptum fuisse *E* conicio, ita ut supplendum videatur *Νικομάχου τοῦ θεοῦ*.

Decreti fine continentur praescripta de optima hostias immolandi ratione: *ποιαγόντω δὲ ι[οί ἱε[ρεῖς*[4]) *τοὶ] ἑκαστάκι*

---

1) de quibus egit Maurer. l. c.

2) IV, 3, 9. Notissimus praeterea *ἥρως ἰατρός*, de quo cf. G. Hirschfeld: Herm. VIII, 1874, p. 350 sqq.

3) schol. ad. Hom, Il. 24, 221.

4) aliud plane hoc loco verbum supplendum est, nam qui fieri potuit, ut complures essent *ἱερεῖς* cum vs. 1 legamus *ὁ πριάμενος*? Immo potius propter illud *τοὶ ἑκαστάκι γινόμενοι* de sacerdotum sine dubio hic cogitandum est ministris.

γινόμενοι τὰ ἱερεῖα ἃ κ[α[1]) δὲη/ι σφάζειν ποτὶ τὸν βωμὸν τῶν θε[ῶν/τῶν δυώ]δεκα καὶ ποιούντω τὰν θυσίαν/....

III.

8) Titulus Erythraeus.

a. Quaestiones epigraphicae.

Omnino diversa ab eis, qui adhuc enumerati sunt, est tituli Erythraei natura ac ratio, quare de eo segregato a ceteris agendum mihi proposui. Lapis est a tribus lateribus — angustioribus duobus, ampliore uno —, inscriptus (a in latere sinistro b in fronte, c in latere dextro). Neque tamen hunc litterarum ordinem cum temporibus congruere puto quibus inscripta sunt singula lapidis latera. Ex ea enim, qualis infra exposita est epiprasis natura, id sane apparet hoc se ordine excipere tres illas partes a, c, b. Attamen in afferendis singulorum versuum numeris Dittenbergerum[2]) secutus sum, quippe cuius liber nunc in omnium versetur manibus.

Latus a 0,65 m altum, 0,30 m latum ab uno lapidario videtur scriptum esse, quantum quidem in ectypo chartaceo, quod Hirschfeldi debeo intercessioni benignissimae, dignoscere potui. Huius enim ipsius partis superficies ita detrita est, ut in ectypo non nisi admodum pauca dispici possint.

Latus b in lapidis fronte 0,832 m altum, in superiore parte 0,520 in inferiore 0,532 m latum est, ambobus partis sinistrae angulis decussis. Litterae eleganter quidem scriptae attamen nonnullis locis non ita bene servatae sunt. Inde autem a vs. 94, ubi, ut iam vidit Rayet, alius plane lapicida emptiones notandas curavit, litterae nec aequales semper

1) praeferenda Herbrechti lectio, Curtius ἀκ[αλῶς/πελά]ξειν.
2) qui primus hunc instituit ordinem l. c. No. 370.

nec satis accurate scriptae sunt. Neque tamen cum Bruchmanno[1]) consenserim, qui Dittenbergeri secutus ordinem, titulum totum in duas partes, inter se aequales fere; a et b_1, b_2 et c dividens, alteram (b_2 c) triginta fere annis post priorem (a, b_1) exaratam esse docuit; nam primum quidem latus c ante b exaratum est, tum in afferendis eorum Erythnaeorum nominibus, quorum bis vel plus in titulo nostro mentio fit, non satis magna usus est diligentia. Sententiam autem suam, quo probabiliorem redderet, duos praeterea alios titulos Erythraeos adhibuit, quorum alter in honorem novem strategorum, Hegesagora hieropoeo de patria optime meritorum conscriptus est,[2]) alter civium continet Erythraeorum catalogum (III).[3]) Tertium his addidi titulum hono-

1) l. c. p. 438.

2) *μουσ . καὶ βιβλ.* IV. p. 122. B. d. c. H. III. p. 388. S. I. Gr. No. 159. in insequenti tabula II.

3) ed Christ: Sitzungsber. d. Akad. z. Muench. 1866, I, p. 236, Lamprecht: De Erythraeorum rebus publ. Goett. 1871 nr. XII. Hoc in titulo alia quoque Erythraeorum nomina nobis occurrunt, iam nota, sed ita, ut si hic

v. 8	*Ἱροσών Ἡρακλεώτου,*	Ib 75 . . . . . *Ἡρακλεώτης Ἱροσῶντος*
» 9	*Μύτων Ζηνοδότου,*	» b 69 . . . . . *Ζηνόδοτος Μύτωνος*
» 11	*Σῖμος Τρέφοντος.*	» b 65 . . . . . *Τρέφων Σίμου*
» 16	*Ἡρακλεώτης Ἰατροκλείους,*	» a 39, 45 . . . *Ἰατροκλῆς Ἡρακλεώτου*
» 27	*Διονύσιος Μολίονος,*	» b 84, 93, 103 *Μολίων Διονυσίου*
» 28	*Πυθίκων Φιλίσκου*	» b 68 . . . . . *Φίλισκος Πυθίκοντος*
» 32	*Ἰατροκλῆς Φύρσωνος,*	II 5, 27 . . . . . *Φύρσων Ἰατροκλείους*

commemorentur, unde quisnam aetate antecedat, ut exemplo utar *Μύτων Ζηνοδότου,* an *Ζηνόδοτος Μύτωνος,* omnino perspici non possit. Quam ad rem haud scio, an quid valeat explicandam, quod I a v. 38 *Ἰατροκλῆς Ἡρακλεώτου* Veneris sacerdotium tradidisse fertur Aristidi filio. Hunc autem Heracleotemque fratrem hic vss. 16, 26 commemoratos invenimus. Accedit *Πολύκριτος Ἰατροκλείους* (II vs. 2) quem eodem patre ac illos prognatum coniecerim. Quo concesso, cum hoc nacti simus stemma

Ἰατροκλῆς Ἡρακλεώτου.

Ἡρακλεώτης Ἀριστείδης Πολύκριτος (?)

apparere iam videtur, alios quoque supra commemoratos, filios esse eorum quos e titulis I et II attuli.

I.

a.	c.	b_1.	b_2.	
4 *Δημήτριος Ἀπελλίου*		66 *Δημήτριος Ἀπελλίου*		
30 *Δημήτριος Ἀριστάρχου*		60 *Δημήτριος Ἀριστάρχου*		
	123 124 *Θεόφρων Δημητρίου*	87 *Θεόφρων Δημητρίου*		
	150 *Ἀριστοκλῆς Ἀθεμιάντου*		97 *Ἀριστοκλῆς Ἀθεμιάντου*	
		84 93 *Μολίων Διονυσίου*	102 *Μολίων Διονυσίου*	
		85 *Φανόπολις Μενεκλείους*	103 *Φανόπολις Μενεκλείους*	
6 *Βάκχυλος*		?	101 108 *Βάκχυλος Μητροδώρου*	
	128 142 151 164 *Διονυσόδωρος Ἀριστομένου*			
	127 *Πύθεος ἱεροποιός*	?		5 27 *Πύθεος*
	158 (*Ἡγησαγόρας ἱεροποιός*)			4 24 *Ἡγησα*
39 *Ἀριστείδης Ἰατροκλείους*				
		72 91 *Ἑκατᾶς Γνώτου*		5 27 *Ἑκατᾶς*
			101 108 *Σῖμος Ἀπολλωνίου*	4 25 *Σῖμος*
			94 99 *Ἀπατούριος ἱεροποιός*	1 *Ἀπατο*
				5 27 *Ἀναξιχ*

rarium (IV) admodum mutilum,[1]) in quo duorum Erythraeorum leguntur nomina

v. 3 . . . ης Ἀδειμάντου
v. 3 . . . τας Γνώτου.

Cum antem titulo nostro v. 98, 150 Ἀριστοκλῆς Ἀδειμάντου, v. 72, 91 et II, 6; 27 Ἑκατᾶς Γνώτου cives commemorentur Erythraei, nihil iam impedit, quorum nomina quominus hoc quoque loco restituantur. Quindecim fere nunc habes Erythraeorum nomina quae seu in singulis lapidis nostri partibus seu ceteris in titulis plus semel leguntur. Quae res, quantum valeat ad Bruchmanni sententiam infringendam ex hac tabula melius perspici puto, quam verbis explicari possit.

Latus c 0,87 m altum, 0,30 m latum est. Haec quoque tituli pars a duobus ni fallor lapidariis conscripta videtur esse, quamquam pro certo affirmare nolim. Nam qui venditiones inde a Pytheo hieropoco notandas curavit solito (0,9—1 cm) maiores inscripsit litteras (1,2 cm) tantopere ceteroquin inaequales, ut O et Λ dimidio saepe minora sint ceteris, id quod ante vs. 125 omnino non contigit. Idem unus lapidarius, cum toto praeterea titulo numerorum sigla unius utrimque litterae spatio interiecto punctisque interdum additis separatae sint, solita interstitia neglexit.[2]) Optime autem haec tituli pars praeter litteras nonnullas in dextro margine nunc evanidas conservata est, ita ut ectypon chartaceum perlegere plane et conferre potuerim quod ex oculis laboranti in ceteris quoque lapidis partibus mihi non licuisse doleo.

Tertii a. Chr. saeculi initio attribuendum esse hunc titulum, alius, quam supra iam commemoravi, inscriptionis

1) L. B. W. III No. 1542.
2) eiusdem de erroribus cf. p. 27.

Frythreae (II) felicissima emendatione[1]) ut constitueret Dittenbergero contigit.

Respiciamus nunc, quomodo singularum lapidis laterum inscriptiones factae sint. Ut supra commemoratum est latus a ab uno lapidario videtur exaratum esse, binas autem cum discreverimus manus in b et c, totus titulus a quinque lapidariis incisus est. Quorum quemque non omnes eodem tempore in lapidem rettulisse venditiones, sed quae sub singulis hieropoeis venierint sacerdotia, lapidi deinceps incisa esse, mea quidem sententia apparet. Qua in re, quam secuti sint Erythraei rationem, non recte diiudicasse videtur Herbrechtus, ita disserens de lapicidarum erroribus (p. 11): „In exemplari igitur, ut hoc verbo utar“ (quod quadratario in lapidem transferendum dabatur) „non solum quae vendenda proponerentur sacerdotia fuisse, sed etiam ad unum quodque sacerdotium cum alias vendendi condiciones, tum illam (v. 107) descriptas fuisse puto; venditis deinde sacerdotiis atque emptorum praediumque nominibus eidem exemplari additis titulus ita erat conficiendus, ut omnes ubique condiciones omitterentur.“ At non facile, puto, cuiquam titulos publicos tanta negligentia esse perfectos persuadebit. An quis putabit, lapicidae, homini scilicet rudi et inerudito,[2]) venditionum acta tradita esse, unde eligeret, quae in lapidem essent referenda? Immo ut in omnium Graecorum urbibus ita Erythris quoque, ita gesta est res, ut acta ipsa in tabulariis collocarentur, apographum, in quo nihil erat scriptum, nisi quod in lapidem incideretur lapidario traderetur.[3]) Demonstrandum praeterea nobis erit (p. 26), verba illa (v. 107), quae potissimum Herbrechtum ad hanc sententiam adduxisse videntur, minime quadratarii errori deberi.

---

1) Herm. XV, p. 609, XVI, p. 195.
2) S. Reinach: Traité d'épigr. III, § 4, pag. 305.
3) Hinrichs: Griech. Epigr. p. 440.

Continetur toto titulo nihil nisi catalogus sacerdotiorum, quae sub singulis hieropoeis per *πρᾶσιν*, *ἐπίπρασιν*, *διασύστασιν* venierunt, ita ut in prasi quidem et epiprasi antecedat dei nomen, sequantur pretium, eponium, redemptor, praes. Alius est ordo, ubi *διασυστάσεις* commemorantur; primus ibi is legitur, qui sacerdotium alteri tradit, tum sacerdotis nomen, deus, pretium, eponium, praes. Uno autem loco v. 94—99, ubi duo enumerantur sacerdotia quae *ἐπράθησαν* Apaturii anno, verba *ἔτισεν* et *ἠγόρασεν* apposita effecerunt, ut ordo ille turbaretur; quae sub eodem hieropoeo *ἐπεπράθησαν* sacerdotia, ut iam consuevimus in lapidem relata sunt.

Pro solitis numerorum siglis legimus vs. 47 sq. *ἑξακοσίων ἐπώνιον δέκα;* similiter v. 161 *δραχμῶν* ΗΔΔΔ *καὶ ἐπωνίου* Γ. Neque minus notandum quod vs. 25 unus commemoratur ex Erythraeorum exetastis, et pro solitis *ἱερητεία, ἐπωνιον* — v. 40 *ἱερωσύνη* v. 125 *ἱερατέα* v. 116, 161 *ἐπωνίου* exstat, tum quod in latere dextro, ubi enumerantur sacerdotia sub Pytheo vendita, abbreviationes *ἐγ*, *ἐγγ*, *ἐγγυ*, *ἐπω* positae sunt. Singularum quoque venditionum praescriptiones plerumque inter se discrepant, quas quo melius possis comparare hoc loco composui.

v. 23 *ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἑρμοκλείτου μηνὸς Ληναιῶνος αἵδε ἐπεπράθησαν ἱερητεῖαι ἐπ' ἐξεταστῶν τῶμ μετὰ Ὑψικλείους τοῦ Θευδότου.*

v. 44 *ἱερητεῖαι ἐπιπωληθεῖσαι ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἑρμοστράτου μηνὸς Ποσιδεῶνος ὀγδόῃ ἐξιόντος.*

v. 62 *αἵδε ἐπεπράθησαν*[1](;) *ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἐπιγόνου.*

v. 85 *αἵδε ἐπεπωλήθησαν ἐπ' Αὐτοκλείους.*[2])

v. 91 *ἥδε ἐπεπράθη ἐπὶ Θευδώρου τοῦ Μήρωνος.*

---

1) cf. p. 45.
2) cf. p. 30.

v. 94 *αἵδε ἱερητεῖαι ἐπράθησαν ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἀπατουρίου μηνός Ληναιῶνος — αἵδε ἐπεπράθησαν ἐφ ἱεροποιοῦ Ἀπαιουρίου μηνός Ληναιῶνος.*

v. 109 *αἵδε ἱερητεῖαι ἐπράθησαν ἐφ ἱεροποιοῦ Ζηνοδότου μηνὸς Ληναιῶνος.*

v. 119 *αἵδε ἱερητεῖαι ἐπεπράθησαν ἐπὶ ἱεροποιοῦ Ἡρακλεώτου μηνὸς Ληναιῶνος.*

v. 125 *ἱερατέαι αἱ προαθεῖσαι καὶ ἐπιπραθεῖσαι ἐπὶ ἱεροποιοῦ Πυθέου — τῶν ἐπιπραθεισῶν.*

In lapidis fronte (b) v. 99 legitur: *αἵδε ἐπεπράθησαν ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἀπατουρίου μηνὸς Ληναιῶνος*, quamquam iam vs. 94 exhibet: *αἵδε ἱερητεῖαι ἐπράθησαν ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἀπατουρίου μηνός Ληναιῶνος.* Quam verborum copiam illic nimis mihi esse suspectam, quin declarem facere non possum, similes inprimis lapidis locos conferens v. 9: *ἥδε ἐπεπράθη* v. 53 *αἵδε ἐπεπράθησαν.* Maxime autem dolendum est, quod, cum sacerdotiorum venditiones mense Lenaeone fieri consuevisse constet (p. 52) id unum ignoramus, num die quodam semper constituto venierint. Quod si revera ita se haberet, iam non dubia esset res, nam cum v. 159 legamus Aristomenem *μηνὸς Ληναιῶνος τριακάδι* Veneris sacerdotium redemisse, fieri non potuisse in aperto est, ut, quae hoc die veniissent sacerdotia, eodem mense denuo locarentur. Reliquorum autem sacerdotiorum — *Ἀπόλλωνος Ἐναγωνίου, Ἑρμοῦ Ἀγοραίου, Ἀπόλλωνος ἐν Σαβηρίδαις, Διὸς Ἐλευθερίου — ἐπιπράσεις*, quin mense Lenaeone factae sint, cum non habeamus, cur addubitemus, sacrificulum vel scribam his potissimum permotum illud *μηνός Ληναιῶνος* addidisse putaverim.

Ex re iam videtur esse, ut commemorem verba illa: *εἰ μὲν ἔστιν ἱερεὺς ἐπιπωλεῦται, εἰ δὲ μὴ ἔστιν πωλεῖται* (v. 107) quae omnino non lapidarii errori deberi, sed optimo consilio apposita esse contra Herbrechtum persuasum habeo. Prima enim enumerantur sacerdotia, quae *ἐπράθησαν* Apaturio

hieropoeo, tum quae ἐπεπράθησαν sub eodem magistratu. Quo facto demum legimus Διὸς Ἐλευθερίου κ . τ . λ. Quare luce clarius videtur esse, verba illa, — quae quantum ad aliorum quoque sacerdotiorum redimendorum pertineant rationem, infra nobis quaerendum erit — eo consilio hic posita esse, ut significarent, dubium fuisse illis temporibus, Iovis sacerdotium utrum prasi an epiprasi secundum leges venire deberet.

Quae adhuc commemorata sunt, eorum culpo accidisse vidimus, quibus ut inscriptiones illas incidendas curarent mandatum erat, neque mirum hoc, certis quippe nondum constitutis formulis, quibus illi uterentur.[1]) Itaque is, cuiuscunque illud muneris erat, postquam sacerdotia venierunt, ἀντίγραφον, ut ipsi placuit exscriptum, decessorum autem maxima ex parte exemplum secutus quadratario incidendum tradidit. Hinc illae discrepantiae.

Aperti autem lapidarii errores sunt v. 80 Φυτα<ι>λμίου, v. 138 Ἀρτεμίδ<ωρ>ος, v. 157 διασυνίσ<σ>ιησιν, illud denique εκεν τὴγ γυναικείαν, quod, quomodo in titulum irrepserit, ut reperirent Rayet, Dittenberger, Herbrecht operam dederunt. Quibus omnibus non contigisse puto, ut rem satis explanarent; Herbrechti tamen maxime mihi arriserit coniectura, versum illum, quo totius tituli contextus atque continentia interrumpitur, non nisi lapidarii socordiae deberi. Ratiocinationibus autem, quae inde proficiscuntur omnino non assentiri me posse iam supra exposui. Cuinam denique in culpam convertendum sit, quod in lapidis fronte (b) semel (v. 76) praedis nomen, ter (v. 86, 88, 90) ἐπώνιον omissum sit, nescio quamquam hoc quoque per scribam potius factum

---

1) cf. quae de decretorum atticorum variis formis attulit Hartel: Studien üb. alt. Staatsrecht u. Urkundenwesen. Ber. d. Acad. z. Wien. XC. p. 543 XCI. p. 101 XCII. p. 87.

esse malim, cuius Agasiclis (Autoclis) anno id muneris erat, ut inscriptiones incidendas curaret.

Restare nunc videtur, ut variarum tituli nostri lectionum mentio fiat, quas invenimus apud singulos editores. Ac primum quidem qui eum publici iuris fecerunt in musei Smyrnaei diariis,[1]) non nimis accurate rem egisse videntur, in numerorum praecipue siglis legendis apertis in erroribus versantes. Tot praeterea locis una vel altera littera apposita aut neglecta a ceteris editoribus dissentiunt, ut nullus fere intercedat versus, quin quidquam commemorandum esset, si omnia ista notare velles. Cum autem nullius sint momenti ad titulum ipsum emendandum, potissimas modo huius apographi lectionum varietates, lapideque comprobatas afferendas censui. Ceterum Rayeti modo Dittenbergerique exemplarium rationem habui, nam Herbrechtus paucis modo locis aberrans (l c p. 12) quem invenit titulum apud Dittenbergerum iterum typis describendum curavit.

vs. 1 R. *ογε* D. *ογε . . ς*

v. 7 R. et. D. ΗΗΗΗΓ, M (qua littera apographum musei Smyrnaei significo) ΗΗΗΗ⊓ in ectypo ΗΗΗΗΗ; insolitum hoc quidem pro ⊓ sed illud ipsum novissimum Η expresse legitur.

v. 10—13. R. *Ἑστίας Τεμενίας/ . . . . . ἐπ[ώνιον Α Ἀντίπατρος Ἀπολλοδώ[ρου/ἐγγυητὴς] Πρηξᾶς Εὐβούλου, καὶ ἐπετράθη/[Η . . .]ἐπώνιον Γ. Ἡράκλεος Ἀντιπάτρο[υ/ ἐγγυητ]ὴς Ἐπίκουρος Στεφάνου.* D. ceterum quidem ut R, inde autem a vs. 12 *Ἡρακλέος . Ἀντίπατρο[ς τοῦ δεῖνος/ἐγγυητ]ὴς Ἐπίκουρος Στεφάνου*, putans post Γ Herculis sacerdotium intelligendum esse, quod ferri omnino non potest, Ac primum quidem iam propter id ipsum *ἥδε ἐπετράθη* (v. 9) non de duobus hic

---

1) *μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς* I. Smyrna 1875 p. 104 *ἐκπροφορᾶς τοῦ Θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Κρήτης τοῦ κυρ. Ἀμβροσίου.*

cogitari potest sacerdotiis, tum post Γ nomen eius desideramus, qui Veneris sacerdotium altera epiprasi redemit, eiusque praedem —, nam post *ἐπεπράθη* nihil scriptum fuisse potest praeters acerdotii pretium, — tum quanti Herculis sacerdotium venierit eponiumque. Accedit, quod v. 86 *Ἡρακλέους* neque *Ἡρακλέος* genetivi forma exstat. Scite praeterea monet Herbrechtus (p. 13) nomen *Ἡράκλεος* non inusitatum fuisse apud Erythraeos. In ectypo chartaceo hoc ipso loco nihil fere dignosci potest.

v. 16 R et M *διασυνέσ,//τησεν τὴν ἱ]ερητείαν* D *διασυνέσ//τησεν ἱ]ερητείαν*, ubi haud scio an Rayeti emendatio praeferenda sit, cf. v. 40 *διασυνέστησε τὴν ἱερητείαν*.

v. 19 R *Καυ]κα]σίδ]ος* D. *Καυ]κα]σί]δος*.

v. 26 R *τῶμ μετὰ Ὑψικλείους τοῦ Θευδότου*. D. *καὶ*; in lapide expresse legitur *τοῦ*.

v. 31 *Ἀθ]ηνᾶς Ἀρέ]ας*, quod Herbrechtus legendum proposuit (l. c. p. 13), aeque ac eiusdem *[Ἀθηνᾶς] Ἐπιμάχου* (v. 61) magis est dubium, quam ut recipiendum videatur.

v. 35 R *Δι]οκλῆς* D. *Πυθ]οκλῆς Ἀκέστευ*;[1]) et recte quidem cum eundem inveniamus v. 33. Lacunam ibi non explevit R, legens: *Πυθοκλῆς/ . . . . . τεῦ*.

v. 44 R *ἱερητεῖαι αἱ ἐπιπωληθεῖσαι*. D. *ἱερητεῖαι ἐπιπωληθεῖσαι*. M. *αἱ ἱερητεῖαι αἱ ἐπιπωληθεῖσαι*; in ectypo *ἱερητεῖαι αἱ ἐπιπωληθεῖσαι*.

b.

Initum lateris medii adhuc emendatum est

. . . . . *αἵδε ἐπράθησαν] ἱερ]η]τεῖ]αι/*
ἐφ ἱεροτοιοῦ τ. δ . . . .] Ἀχιλλέως Θε]τιδος κ. τ. λ.

Unum quidem Achillis, Thetidis, Nereidum sacerdotium

---

1) accentuum quasdam notas singulis vocibus appositas non esse respiciendas putavi e. g. v. 35 R. *Ἀκεστεῦ* D. *Ἀκέστευ*; R. b v. 13 *Φιλίστης* D. v. 63 *Φιλιστῆς*; R. b. 32 *Ἀστυκρατεῦ* D. v. 82 *Ἀστυκράτευ* etc.

venit, cum autem compluria eiusdem hieropoei anno sacerdotia epiprasi veneant, haud scio an praeferenda sit emendatio *αἵδε ἐπρά̣θησαν καὶ ἐπεπρά̣θησαν/ ἱε[ρη]τεῖ̣αι/ ἐφ ἱεροποιοῦ τ. δ. μηνὸς Λη̣ναιῶνος/ Ἀχιλλέως Θέ[τι]δος* etc.

Decem fere litterarum etiam nunc restat spatium sacrificuli huius nomini supplendo.

R. v. 14 et D. v. 63 (aliam enim numerorum sequitur rationem singulis versibus ascribendorum [p. 27]) */ἐπρά̣θη/σαν* Herbrecht */ἐπεπρά̣θη/σαν*, quam veram esse lectionem infra cognoscemus.

R. v. 20 in exemplari litteris minusculis exscripto 𐅄, in altero maiusculis exscripto cum Dittenbergero (v. 69) 𐅄ΗΗ legit, id quod lapis exhibet.

R. v. 21 *Θεύτομπος* D. v. 70 *Θεόπομπος*. ectyp. *Θευ* cf. praeterea v. 26 *Θευδότου* v. 73 *Θεύξενος* v. 91 *Θευδώρου*; contra v. 87, 123, 124 *Θεόφρων Δημητρίου* 112 *Θεοφάνης*.

R. v. 29 *Ἀπόλλωνος ἐγ Κοίλοις* 𐅄ΗΗΗΔ D. v. 78 𐅄ΗΗΗΗ lapis 𐅄ΗΗΗΔ

R. v. 32 *Κόρης Σωτείρης* ΗΗΗΗΗ D. v. 82 ΗΗΗΗΗ, lapis ΗΗΗΗ

R. v. 46 *ἔ/[τι]σεν* D. v. 95 *ἔ[τει]σεν*.

R. v. 37 D. v. 86 *ἐ/π Ἀ[γα]σικλείους* M. *ἐπὶ/ Παυσοκλείους* in ectypo *ἐ/π Ἀὐτοκλείους*.

D. v. 95 *Εὐφρονιείων* R. v. 46 *Εὐφρονιείων*? et p. 116 il pourrait y avoir aussi *ΕΥΦΡΟΝΙΣΙΩΝ* M. v. 46 *Εὐφρονιστῶν*.

R. v. 47 𐅄ΔΗ, D. v. 96 𐅄ΗΗ, lapis ▨ ΗΗ.

---

1) Attamen huius loci notionem plane non perspexit Herbrechtus, de duobus hic agi cogitans sacerdotiis diversis cf. p. 21.

ἱερητεῖαι ἐπιπραθεῖσαι

1) *Ἰστίας Τεμενίας* . . . . . v. 9,59.
2) ? . . . . . v. 11.

c.

R. v. 4 *ἐτώνιον*, D. 116 *ἐτωνίου*, lapis *ἐτωνίου*.

R. v. 5 *[Καλ/λίο?]υ ὁ νεώτερος*, D. 117 *[Καλλίο]υ νεώτερος*, lapis *ὁ*.

R. v. 16 *Ἀριστομ[ένου*, 17 *Ἀριστομένου*, D. v. 128 *Ἀριστομ[ένους]* 129 *Ἀριστομέν[ους]* quamquam v. 153, 154 bis aperte legitur *Ἀριστομένου*; similiter in titulo Lamprechti duodecimo v. 5 *Ἱερογένου*, v. 6 *Φιλοκράτου*, v. 23 *Ἡρογένου*.

R. v. 22, 23, 28, 32, 38 = Ditt. 134, 135, 140, 144, 145 *Φύλαρχος* sive *Φυλάρχου* M. omnibus locis *Βούλαρχος* seu *Βουλάρχου* emendaverunt. Praeferenda videntur esse, quae proposuit R., ut nomen illud singulari quadam fortunae calamitate afflictum, sanaret; vs. 135, 145 quidem, singulae modo litterae, quantum in eiusmodi rebus affirmari potest, defectu lapidis exciderunt.

R. v. 32 = D. v. 144. Uterque *Καλλίωνος* exhibet, in ectypo aperte exstat *Καλλίονος*; cf. *Μολίονος* in Lamprechti titulo duodecimo v. 27, *Γλαύκονος* apud eundem in Erythraeorum indice fin.

R. v. 35 *Πυθέου*, D. 147 *Πυθεῦ*, ectypon *Πυθεῦ*.

R. v. 37 = D. 149 *Ἀριστοκλῆς Ἀδημᾶ*. In ectypo nihil nisi *ΑΔΗ* cognoscere potui. Attamen iam primo aspectu nomen illud singulare *Ἀδημᾶ* susspectissimum mihi visum est. Exstitisse ibi pro certo habeo *Ἀριστοκλῆς Ἀδειμάντου*, eundem, quem v. 97 invenimus, praesertim cum *ΔΗΜ* et *ΔΕΙΜ* facillime commutari posse inter omnes constet.

R. v. 38 *μέ[τα] παιδὸς* D. v. 150 *με[τὰ τοῦ] παιδὸς*.

R. v. 40 *κληρονόμος οὖσα τ[οῦ*, D. 152 *τ[ῶν*, in lapide mihi visus sum dignoscere *ΤΟ*

R. v. 42 *τὴν γυναικείαν*, D. v. 154 *τὴγ γυναικείαν*, ectypon *τηγ*.

R. v. 53 in fine *ἐ]γγυη*, D. v. 165 *ἐ]γγυ(α)ι* et in nota (36) „emendavi, *ΓΓΥΗΙ* lapis, *ἔγγυη* R. in exemplari

litteris minusculis expresso". Lapis *ἐγγύη ἱερητειῶν*. Quibus verbis summas in esse difficultates inter omnes constat, sed haud scio an praede aliquo mortuo, sacerdoti alii sint afferendi *ἐγγυηταί*.

Quantum denique ad Phanotimum hieropoeum, pertinet, *διαστάσεις* illius anno factas, sacerdotiis Hermoclito hieropoeo venditis interruptas esse, plurali potissimum numero commotus putaverim.[1])

b. Quaenam venierint Erythris sacerdotia.

Sacerdotia quae Erythris veniisse, in lapide legimus haec sunt:

vs.		pretium	epo-nium[2])	
67	Ἀβλαβιῶν	HHHH	Δ	/ἐπεπ
29	Ἀθηνᾶς Νίκης	/H/ΔΔ	Γ	ἐπεπ
32	Ἀθηνᾶς . . . . . ας	⌈⍓ΔΔ	Γ	ἐπεπ
111	Βασιλέως Ἀλεξάνδρου	. . . . .	ΔΔ	ἐπρά
97	Ἀνδρείων (sc. Κορυβάντων)	H⌈⍓ΔΔΔ	Γ	ἐπρά
19	Ἀπόλλωνος Καυκασέως καὶ Ἀρτέμιδος Καυκασίδος καὶ Ἀπόλλωνος Λυκείου καὶ Ἀπόλλωνος Δηλίου καὶ ποταμοῦ Ἀλέοντος	/HH/ΔΔΓ	Δ	διασ
78	Ἀπόλλωνος ἐγ Κοίλοις	⌈HHHHΔ	Δ	ἐπεπ
100	Ἀπόλλωνος Ἐναγωνίου	HHΔΔΔ	Δ	ἐπεπ

1) cf. Herbr. l. c. p. 12.

2) Ad pretia enim in aerarium solvenda eponia quoque accedebant, cuius vectigalis hanc fuisse legem iam perspexit Rayetus, ut si pretium erat

inter 50—100 drachmas 2 drachmae
" 100—200 " 5 "
" 200—1000 " 10 "
" 1000—2000 " 20 "
" 2000—10,000 (?) " 40 "

penderentur; cf. Anthes p. 44.

	pretium	epo-nium	
Ἀπόλλωνος ἐν Σαβηρίδαις	Η𐅄	Γ	ἐπετρ.
Ἀρτέμιδος Φωσφόρου	𐅄 . . .	. . . . .	ἐπετρ.
Ἀφροδίτης	ΗΔΔΔ	Γ	ἐπετράθη.
Ἀφροδίτης τῆς ἐν Ἐμβάτῳ	ΧΧΔΔΔΔ	ΔΔΔΔ	διασυστ.
Ἀφροδίτης Πανδήμου	ΗΗ	Δ	ἐπετρ.
Ἀφροδίτης Πυθοχρήστου	ΗΗΗ	Δ	[ἐπετρ].
Ἀφροδείτης Πυθοχρήστου	ΗΔΔΔ	Γ	διασυστ.
Ἀχιλλέως Θέτιδος Νηρεΐδων	. . . . .	. . . . .	ἐπετράθη.
Ἀχιλλέως Θέτιδος Νηρεΐδων . . .	𐅄ΔΔΔ	Ⱶ/Ⱶ/	[ἐπετρ].
Γῆς	Δ	/Ⱶ/	ἐπετρ.
Δήμητρος ἐγ Κολωναῖς	ἑξακοσίων	δέκα	ἐπεπωλ.
Δήμητρος ἐγ Κολωναῖς	ΧΗΗΗ	ΔΔ	[ἐπετρ].
Δήμητρος καὶ Δήμητρος Κόρης . .	Η𐅄ΔΔΔΔ	Γ	[ἐπετρ].
Δήμητρος καὶ Κόρης Πυθοχρήστου	ΗΗΔ	. . . . .	ἐπεπωλ.
Διονύσου	𐅄ΔΔΔ	ⱾⱾ	ἐπετρ.
Διονύσου Βακχέως	Η	Γ	ἐπετρ.
Διονύσου Πυθοχρήστου	ΗΓ	Γ	ἐπετρ.
Διοσκόρων	ΗΗΗΗΗ	Δ	ἐπετράθη,
Διοσκόρων	ΗΗ . . .	Δ	ἐπετρ.
Εἰρήνης	Γ	Δ	ἐπετρ.
Ἐννοῦς καὶ Ἐνυαλίου	ΗΔΔ	Γ	ἐπετρ.
Ἑρμοῦ Ἀγοραίου	ΧΧΧΧΓΗΔ	ΔΔΔΔ	ἐπετρ.
Ἑρμοῦ Ἀγοραίου	ΧΧΧΧΓΗ	ΔΔΔΔ	ἐπετρ.
Ἑρμοῦ Πυλίου Ἁρματέως	ΗΗ𐅄ΔΔ	Δ	ἐπετρ.
Ἑστίας Τεμενίας	. . . . .	Δ	ἐπετρ.
Ἑστίας Τεμενίας	. . . . .	Γ	ἐπετρ.
Ἑστίας Τεμενίας	ΗΓ	Γ	ἐπετρ.
Ἑστίης Βουλαίης	ΓΗΗΗΔΔΔ	Δ	ἐπετράθη.
Ζηνὸς Φημίου καὶ Ἀθηνᾶς Φημίας	ΗΔΔΔΔ	Γ	ἐπετρ.
Διὸς Ἀποτροπαίου καὶ Ἀθηνᾶς Ἀποτροπαίας	𐅄ⱾⱾ	Ⱶ/Ⱶ/	[ἐπετρ.]

vs.		pretium	epo-nium	
114	*Διὸς Ἀποτρ. καὶ Ἀθηνᾶς Ἀποτρ.*	Η𐅄	Γ	. . .
106	*Διὸς Ἐλευθερίου*	. . . . .	Δ	?
110	*Διὸς Βασιλέως*	ΗΗΔΔΔ	Δ	ἐπρά
127	*Ἥρας Τελείας*	Γ𐅄	Δ	ἐπρά
132	*Ἥρας Τελείας*	ΗΗ𐅄Ι	Δ	ἐπεπ
86	*Ἡρακλέους*	Χ𐅄ΗΗΗΗΙ		ἐπεπ
130	*Θεῶν Προκλλίων*	ΗΗΗΗ	Δ	ἐπρά
135	*Θεῶν Προκλλίων*	ΗΓ	Γ	ἐπεπ
82	*Κόρης Σωτείρης*	ΗΗΗΙΙ	Δ	ἐπεπ
95	*Κορυβάντων Εὐφρονείων καὶ Θαλείων*	Γ𐅄ΗΙ	Δ	ἐπρά
105	*Κορυβάντων Θαλείων, Ἀνδρείων* .	Η Γ𐅄ΔΔΙ	/Γ/	ἐπεπ
83	*Μητρὸς Μεγάλης*	ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔ	Δ	/ἐπεπ
80	*Ποσειδῶνος Φυταλμίου*	ΗΔΔΔΓΙ	/Γ/	/ἐπεπ
88	*Ἀγαθῆς Τύχης*	Η . .	. . . . .	ἐπεπ
61	. . . . *Ἐπιμάχου*	ΗΗ	Δ	ἐπεπ
2	. . . . . *Πυθοχρήστου*	Η . . .	. . . . .	ἐπρο

Satis magnum videmus sacerdotiorum numerum, ut in civitate mediocri; nec tamen haec omnia. Nam praeter *Ἀθηνᾶς Πολιάδος*,[1]) *Ἀρτέμιδος Στροφαίας* quoque deest sacerdotium,[2]) quarum utramque Erythris cultam esse constat. Tum in eo qui nuper ibi inventus est titulo,[3]) praeter quos iam novimus deorum templa *Ἡράκλειον A* v. 10, 16, *Ἀθήναιον A* v. 12, *Ἀχιλλεῖον B* v. 5, 8 — *Ἡρῶιον* quoque invenimus,[4]) deique cuiusdam templum cognomine *Ἀρχηγετεῦ*. Denique quod legimus *A* v. 25 *ναοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος*

1) Herbr. p. 26.
2) Athen VI, 259 b.
3) *μουσ. καὶ βιβλ. περίοδος* 5, 1884—85 No. 235 p. 19. = B. d. c. H. VIII. p. 346.
4) quamquam non omnibus herois praeerant sacerdotes.

ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, quin significet dei supra non commemorati templum, non habeo, quod dubitem; quorum sacerdotia num ceterorum more venierint, disceptari nequit. Id autem docemur refutandam plane esse Dittenbergeri sententiam de feminis sacerdotibus. Nam cum putaret, eos modo deos, qui titulo nostro commemorantur, Erythris cultos esse, nonnullis eorum qui sacerdotia illa redemissent, feminas seu filias virgines sacerdotes praebendas fuisse coniecit,[1]) quod quamquam Halicarnassi factum accepimus ut nunc se res habet, quantum ad Erythraeos pertinet, negandum esse in aperto est.

c. De prasi et epiprasi.

Πρᾶσις significata verbis

πιπράσκω 94, 109, 125, 165
ἀγοράζω 97, 156
πωλέω v. 107

auctione fiebat publica (p. 37), cui interfuisse videntur e numero magistratuum ὁ ἱεροποιὸς et οἱ ἐξεταστάί, qui tum aerario praeerant.[2])

Altera locandi ratio est ἐπίπρασις significata verbis:
ἐπιπιπράσκω 9, 24, 53 (63), 91, 99, 119, 126, 132
ἐπιπωλέω v. 44, 85, 107
ἐπαγοράζω 17, 41,

et eodem modo atque πρᾶσις auctione fiebat publica. Haec autem verba omnia antehac non nota, cum hic primum nobis occurrant, quae sit ἐπιπράσεως natura, multo iam difficilius est demonstratu. Hac igitur in re haud scio an non magnopere mireris, tot fere reperiens sententias, quot interpretes.

---

1) Herm. XVI., p. 170.
2) Lamprecht l. c. p. 54. Gillert: Handbuch II, p. 148.

Rayet (l. c. p. 122), quid sit ἐπίπρασις optime e vss. 107 sq. perspici posse monet: *Διὸς Ἐλευθερίου εἰ μὲν ἔστιν ἱερεὺς ἐπιπωλεῖται, εἰ δὲ μὴ ἔστιμι πωλεῖται.* Ibi enim agi de Jovis quodam sacerdote, qui ubi esset, viveret, mortuusne iam esset, in Erythraeorum quamvis parva republica incertum tum fuisse. Itaque cum deus sine sacerdote esse non posset, sacerdotium illi, qui adhuc munere functus esset, ademptum denuo venire debuisse et quidem per prasin sacerdote mortuo, per epiprasin, illo vivo. In illis igitur sacerdotiis, quum ipsum pretium in aerarium redigeretur, addidit Dittenberger, — Rayeti ceterum sententiam amplexus — eponium non esse nisi accessionem quandam pretii, in his vero pretium ad privatum, qui venderet, eponium ad rempublicam pervenire.

Quam sententiam suam reddere non potuit Anthes (p. 28). „At ita", inquit, „intelligi nequit, cur in re tam singulari, idque in titulo satis diligenter exscripto omissa sint priorum possessorum nomina, quae e. g. in simili titulo Tenio[1]) C. J. G. 2338 omnia in uno quoque articulo enumerata sunt. Item nescio, num quis sacerdos, quod modo emit sacrum munus, alteri vendere potuerit; maxime autem offendit, quod pretium ex epiprasi solutum semper minus est, quam pendenda ex prasi pecunia." Neque tamen, quamquam Rayeto Dittenbergeroque equidem assentiri non possum, quae Anthes attulit, ad illorum sententias refutandas sufficere videntur. Longe enim alia est Tenii illius tituli natura, ubi de fundis agitur et praediis, quae ut accuratius terminarentur, non modo priorum possessorum sed etiam ut in omnibus fere eiusmodi titulis vicinorum nomina addita sunt.[2]) Quibus rebus omnibus in titulo nostro, cum de sacerdotiis agatur, non opus est, quamquam bis quoque

---

1) qui melius nunc exstat in C. Th. Newton: Collect. of anc. gr. inscr. II, 1883, N. 377.

2) e. g. cf. Ditt. S. I. Gr. No. 437—40.

priorum sacerdotum nomina addita invenimus v. 41 *ἣν ἐπηγορά-κει ἐπὶ Κηφισίωνι τ. δ.* et v. 17: *ἣν ἐπηγοράκει ἐπὶ Δ . . . . . Βάκχωνος.* Illud quoque dubium mihi videtur esse, num sacerdotia semper minoris venierint epiprasi quam prasi, quamquam plerumque id accidisse videmus. Legimus enim:

v. 7 *Διοσκόριον ἐπράθη* HHHHΠ *ἐτῶν* Δ

v. 122 „ „ HH . . ./ „ Δ

ubi magnopere dolendum est, ultimas litterarum notas esse evanidas; attamen complures ibi exstare potuerunt, prima enim littera H sub ipsum *K* vocis *κύριος* in praecedente versu posita est. Sed non solum sacerdotiorum, quae prasi et epiprasi, sed etiam eorum quae bis epiprasi venierunt, pretia interdum maxime sunt varia (cf. v. 9—11). Cavendem igitur, ne ex illa re iam legem facias; prasin enim et epiprasin auctione factas esse publica, qui sacerdotiorum pretia perlustraverit, non habebit, quod neget. Neque enim aliter talia pretia orta esse apparet, qualia sunt v. 95 *Κορυβάντων Εὐφρονιείων καὶ Θαλείων* ΠHI, v. 82 *Κόρης Σωτείρης* HHHII, v. 127 *Ἥρας Τελείας* HHΠI, v. 86 *Ἡρακλέους* XΠHHHHI, *κ. τ. λ.* Unde simul discrepantiae illae optime explicantur.

Nova igitur argumentorum momenta afferenda nobis sunt. Quae multo meliora inde mihi videntur colligenda esse, quod triplo plura epiprasi veniisse legimus sacerdotia, quam prasi. Quod quo facilius possit perspici, enumerare illa hoc loco mihi liceat.

1) *ἱερητεῖαι πραθεῖσαι.*

	vs.
1) . . . . . *Πυθοχρήστου*	2
2) *Ἀφροδίτης*	4
3) *Διοσκόρων*	7
4) *Ἀχιλλέως, Θέτιδος, Νηρεΐδων*	51
5) *Κορυβάντων Εὐφρονιείων καὶ Θαλείων*	95
6) *Ἀνδρείων*	97
7) *Διὸς Βασιλέως*	110

vs.

8) *Βασιλέως Ἀλεξάνδρου* 111
9) *Ἥρας Τελείας* 127
10) *Θεῶν Προκυκλίων* 135
11) *Ἀφροδίτης Πυθοχρήστου* 160

2) *Ἱερηταῖαι ἐπιπραθεῖσαι.*

1) *Ἑστίας Τεμενίας* 9, 11, 59
2) *Ἀπόλλωνος Καυκασέως κ. τ. λ.* 19
3) *Ζηνὸς Φημίου καὶ Ἀθηνᾶς Φημίας* 26
4) *Ἀθηνᾶς Νίκης* 29
5) . . . . . *ας* 31
6) *Ἐννοῦς καὶ Ἐνυαλίου* 34
7) *Ἀφροδίτης τῆς ἐν Ἐμβάτῳ* 40
8) *Δήμητρος ἐγ Κολωναῖς* 47, 64
9) ? 54
10) *Γῆς* 55
11) *Ἀφροδίτης Πανδήμου* 57
12) . . . . . *Ἐπιμάχου* 61
13) *Ἑστίης Βουλαίης* 65
14) *Ἀβλαβιῶν* 67
15) *Διὸς Ἀποτροπαίου καὶ Ἀθην. Ἀποτρ.* 68
16) *Δήμητρος καὶ Δήμητρος Κόρης* 71
17) *Διονύσου* 73
18) *Ἀφροδίτης Πυθοχρήστου* 74
19) *Ἀχιλλέως, Θέτιδος, Νηρεΐδων* 76
20) *Ἀπόλλωνος ἐγ Κοίλοις* 78
21) *Ποσειδῶνος Φυταλμίου* 80
22) *Κόρης Σωτείρης* 82
23) *Μητρὸς Μεγάλης* 83
24) *Ἡρακλέους* 86
25) *Ἀγαθῆς Τύχης* 88
26) *Δήμητρος καὶ Κόρης Πυθοχρήστου* 89
27) *Ἑρμοῦ Ἀγοραίου* 92, 101
28) *Ἀπόλλωνος Ἐναγωνίου* 100

vs.

29) Ἀπόλλωνος ἐν Σαβηρίδαις 103
30) Κορυβάντων Θαλείων Ἀνδρείων 105
31) Διοσκόρων 121
32) Ἥρας Τελείας 132
33) Θεῶν Προκυκλίων 135
34) Ἀρτέμιδος Φωσφόρου 138
35) Εἰρήνης 140
36) Ἑρμοῦ Πυλίου Ἀρμαιέως 143
37) Διονύσου Ἠθοχρήστου 145
38) Διονύσου Βακχέως 147

Quae praeterea invenimus sacerdotia

Διός Ἐλευθερίου 107
. 114
Διὸς Ἀποτροπαίου καὶ Ἀθηνᾶς Ἀποτροπαίας 115

utrum prasi an epiprasi venierint non liquet.

Undecim habemus sacerdotia, quae prasi, duodequadraginta, quae epiprasi — in his unum, quod ter, duo, quae bis — venierunt. Hoc unum intuentes Rayetum Dittenbergerumque sequi iam non possumus. An quis putaverit tot sacerdotes casu aliquo impeditos, quominus sacerdotiis fungerentur, epiprasi ea vendidisse pretio accepto?[1]) quis permissum esse illis, ut sacerdotio se abdicantes alteri id traderent? Ipse enim suum pugnat Dittenberger, ad vitae tempus sacerdotia veniisse putans, neque enim si illa esset epiprasis natura, sacerdotia ullo unquam tempore ad rempublicam redire debuerunt, ut denuo publice venirent. In aperto igitur videtur esse, quod iam sensit Anthes,[2]) sacerdotem,

1) D. l. c. p. 536 n. 3 si sacerdotium mortuo sacerdote vacat, civitas id denuo vendit (πωλεῖ) at si quis vivus sacerdotium, quod emit alteri vendit, is ἐπιπωλεῖν dicitur.

2) ipse de epiprasi explicanda destitit p. 28 . „Ut nunc res se habet, dolendum est, quod ipsis tituli verbis nil inest, quo propius ad veritatem admovere possimus rem difficilem satisque ambiguam.“

quod modo emisset sacrum munus, alteri vendere non potuisse.

Videamus nunc oportet, quidnam valuerint Herbrechti studia ad difficultates illas infringendas. Qui refutatis Rayeti Dittenbergerique sententiis aliam longe ingreditur explicandi viam (p. 17 sqq.) „Immo vero“, inquit, „verba illa composita — id quod ex aliis (ἐπιλαμβάνω, ἐπιμανθάνω, ἐπιπαρασκευάζω, ἐπιπέμπω, ἐπιποιέω etc.) verbis cum praepositione ἐπὶ compositis apparet — de iis dici possunt qui aut 1) idem sacerdotium denuo emunt 2) praeter sacerdotium, quod prius emerunt, alterum ita emunt, ut compluribus praesint sacerdotiis, aut 3) constitutum sacerdotii pretium plus licendo augent“.

Quarum interpretationum priores duas statim esse reiciendas cum cognosceret, tertiam amplexus est, „eamque simplicissiam, quam nullo argumento refelli posse“, persuasum habet. „Praescribi ibi videtur, si quis, dum sacerdos est, alterum sacerdotium quaesiturus sit, ut plus liceatur aliis, qui nondum sacerdotium emerint.“ Constitum hoc esset eo consilio, ne pauci modo ditiores omnibus Erythraeorum sacerdotiis fungerentur, quod multo melius lege aliqua de sacerdotiorum coacervatione fieri potuit. Epiprasi igitur secundum Herbrechtum sacerdotia semper pluris venire debebant, quam prasi. Quae observationes, quantum congruant cum tituli argumentis, cum exquirendum nunc videatur esse, quae huc pertinent afferre mihi liceat sacerdotia[1])

vs. 127	Ἥρας Τελείας	Γ	ἐπων.	Δ	ἐπράθη.
„ 132	„ „	HH[illegible]Ⅰ	„	Δ	ἐπεπρ.
vs. 130	Θεῶν Προκυκλίων	HHHH	ἐπων.	Δ	ἐπράθη.
„ 135	„ „	HΓ	„	Γ	ἐπεπρ.

1) Conybantes adhibere hic nolim, neque enim, quantum ad eos pertinet, res mihi quidem satis perspicua est.

vs. 9 Ἑστίας Τεμενίας . . . . ἐπων. Δ ἐπεπρ.
„ 11 „ „ . . . . „ Γ ἐπεπρ.
„ 59 „ „ ΗΓ „ Γ ἐπεπρ.

Herbrechti videmus rationes omnino probari nobis non posse, quoniam Ἥρας Τελείας et Θεῶν Προκυκλίων sacerdotia epiprasi multo minoris venierint, quam prasi. At illa sacerdotia hanc ad quaestionem non pertinere respondet Herbrechtus (p. 13). „Nam qui fieri potuit, ut uno eodemque anno idem sacerdotium bis veniret?“ Immo, factum est infectum fieri non potest. „Quid enim? potueruntne compluria esse unius eiusdemque dei sacerdotia? Minime vero! Hestiae quoque sacerdotium eodem anno bis epiprasi locatum invenimus, nam de duobus hic non cogitari posse sacerdotiis luce clarius apparet.[1]) Omnibus praeterea Erythraeorum deis singuli modo fuerunt sacerdotes, quantum e titulo perspici potest, praesertim qui erant minorum gentium. Ipsum Ἑρμῆν Ἀγοραῖον, quem praecipua apud illos veneratione cultum esse, ex ipso sacerdotii pretio efficere licet, duobus usum esse sacerdotibus, omnino negandum puto. Nam qui fieri potuit, ut eiusdem dei duo sacerdotia — propter officiorum scilicet onera constituta — penes eundem essent Molionem Dionysii f.? Mirandum sane, quod ille sacerdotium, quattuor milibus sescentis decem drachmis emptum, sub insequenti hieropoeo quattuor milibus sescentis drachmis redemisse fertur. Molion autem alio hic (v. 102) praede utitur ac antea (v. 94) et quidem eodem, quo iam v. 85. Quae res valeatne ad difficultates illas explicandas pro certo affirmari non potest. Facile autem fieri potuit, ut Molion praedem daret Aratum Metrodori f.; cognito autem, omnino non dignum esse illum, qui fidem interponeret, rite non facta venditione, sacerdotium denuo epiprasi venire necesse erat.

1) cf. p. 30 n. 1.

Restat ut transeam ad deliberationes a Bruchmanno institutas, qui priorum interpretatorum Herbrechti imprimis sententiis repulsis, ipse alio longe modo, quae sit *ἐπιπράσεως* natura indagare studet. Qua in re non nimis moremur oportet, neque enim quemquam cum illo consentire putaverim, rem huncce in modum gestam esse suspicante. Sacerdotium quodlibet cum prasi in vitae tempus veniisset, unicuique epiprasi scilicet, redimere id licuit, ea condicione, ut post mortem demum eius, qui sacerdotio fungebatur, munus adiret. Primo iam aspectu minime esse probabile hoc elucet, etiamsi illa non ad vitae tempus sed in certum quendam — satis autem longum — annorum numerum veniisse infra videbimus. In re praeterea tantopere dubia, *ἐπιπράσεις* tam saepe factas esse, quis est, qui putet? Omnino denique videtur neglexisse, quae de *Ἑστίας Τεμενίας* sacerdotio inde a vs. 9 nobis traduntur: *ἥδε ἐπεπράθη. Ἑστίας Τεμενίας . . . . ἐπώνιον* Δ. *Ἀντίπατρος Ἀπολλοδώρου, ἐγγυητὴς δ. δ. καὶ ἐπεπράθη . . . . . ἐπώνιον* Π. *Ἡράκλεος Ἀντιπάτρου ἐγγυητὴς δ. δ.* Vestae sacerdotium — si Bruchmannum sequimur — Antipater Apollodori f. cum epiprasi redimeret, ut eius, qui illis temporibus sacerdotio fungebatur mortem, exspectaret, necesse erat. Tale quicquam interdum fieri potuisse, si invitis quamquam animis concesserimus, id certe ut persuadeat cuiquam non facile illi continget, hoc idem sacerdotium redemisse Heracleum, eo consilio, ut sacerdote illo Antipatroque demum mortuis munus illud iniret.

Quid tandem? quaenam igitur *ἐπιπράσεως* natura erat ac ratio? Ad ea, quae Herbrechtus quoque vidit revertendum nobis esse puto, verba cum praepositione *ἐπὶ* composita magna ex parte iterationis sententiam prae se ferre. Quo cognito longe iam aliam viam ingrediamur oportet, prorsusque diversam ab Herbrechto; neque enim sacerdotum sed sacerdotiorum prima nobis habenda est ratio. Itaque cum

ἐπιπιπράσκειν idem sit, quod ἀναπιπράσκειν,[1]) πρᾶσις prima, ἐπίπρασις altera sive tertia intelligetur venditio,[2]) et quae ἐπράθησαν tum primum quae ἐπεπράθησαν sacerdotia denuo iam venibant. Erythris lege scilicet perlata, ut inde ex illo tempore venalia essent sacerdotia, non uno eodemque omnia venierunt tempore sed e manibus eorum, qui tum sacerdotes erant, paullatim, ut fere fit in rebus eiusmodi, ad rempublicam redibant, sive quod certis in gentibus hereditaria erant, sive aliam ob causam. Dicat aliquis forte, quomodo, qui sacerdotium redemerat id „ἐπαγοράσαι dici potuerit. Simile autem quoddam invenimus in titulo Lebadensi,[3]) quo agitur de operibus publicis conducendis vs. 24 sqq: μηδὲ λελύσθωσαν ἀπὸ τῆς ἐργωνίας οἱ ἐξ ἀρχῆς ἔγγυοι καὶ ὁ ἐργώνης, ἄχρι ἂν ὁ ἐπαναπριάμενος τὰ παλίμπωλα τοὺς ἐγγύους ἀξιοχρέους κατασήσῃ. „Neve solvuntor obligatione, qui ab initio functi erunt praedes et redemptor, donec is, qui opera iterum locata redemerit, praedes dederit locupletes.“ Quid igitur impedit, quominus qui Erythris sacerdotia iterum iam locata redemisse feruntur, ea ἐπαγοράσαι i. e. δὶ ἐπιπράσεως ἀγοράσαι breviloquentius dicantur? Sed cum videamus iam necesse sit, quomodo congruant illa cum tituli nostri argumentis, enumerare mihi liceat, sacerdotia, quorum titulus noster bis vel saepius mentionem facit, nam nisi ex his nihil potest perspici.

---

1) cf. Pollux Onom VII, 12. τὸ δὲ δεύτερόν τι πιπράσκειν, ἀναπωλεῖν ἐρεῖς καὶ ἀναπιπράσκειν καὶ τὸ ἔργον ἀνάπρασις καὶ τοὺς τοῦτο ποιοῦντας ἀναπιπράσκοντας καὶ ἀναπωλοῦντας . καὶ τὰ δεύτερον πιπρασκόμενα ἀναπωλούμενα, ἀναπιπρασκόμενα, παλίμπρατα, παλίμπωλα, καὶ ὁ τοῦτο ποιῶν παλίμπωλος παλιγκάπηλος.

2) Poll. ibid IV, 108 καὶ ἡ μὲν εἴσοδος τοῦ χοροῦ πάροδος καλεῖται — ἡ δὲ μετὰ ταύτην εἴσοδος, ἐπιπάροδος.

3) Αθην. IV. p. 369 = Dittenb. S. I. Gr. No. 353. Fabricius: de architectura graeca p. 36, § 6.

74	Ἀφροδίτης Πυθοχρήστου . . .	ΗΗΗ	Δ	ἐπετρ.
160	„ „ . . .	ΗΔΔΔ	/Γ/	διασυστ.
51	Ἀχιλλέως, Θέτιδος, Νηρεΐδων	. . . . .	. . . .	ἐτράθη.
76	„ „ „	𐅄ΔΔΔ	Ⱶ/Ⱶ/	/ἐπετρ/.
47	Δήμητρος ἐγ Κολωναῖς	ἑξακοσίων	δέκα	ἐπιπωλ.
64	„ „ „	ΧΗΗΗ	ΔΔ	ἐπετρ.
7	Διοσκόρων	ΗΗΗΗΓ	/Δ/	ἐτράθη.
121	„	ΗΗ . . .	Δ	ἐπετρ.
92	Ἑρμοῦ Ἀγοραίου	ΧΧΧΧ𐅄ΗΔ	ΔΔΔΔ	ἐπεπωλ.
101	„ „	ΧΧΧΧ𐅄Η	ΔΔΔΔ	ἔπετρ.
9	Ἑστίας Τεμενίας	. . . . .	Δ	ἐπετρ.
11	„ „	. . . . .	Γ	ἐπετρ.
59	„ „	ΗΓ	Γ	ἐπετρ.
68	Διὸς Ἀποτροπαίου καὶ Ἀθηνᾶς Ἀποτροπαίας	𐅄ⱤⱤ	Ⱶ/Ⱶ/	ἐπετρ.
114	„ „ „ „	Η𐅄	Γ	. . . .
127	Ἥρας Τελείας	𐅄	Δ	ἐτράθη.
132	„ „	ΗΗ𐅄Ⱶ	Δ	ἐπετρ.
95	Κορυβάντων Εὐφρονιείων καὶ Θαλείων	𐅄ΗⱤ	Δ	ἐτράθη.
97	τῶν Ἀνδρείων	Η𐅄ΔΔΔ	Γ	ἐτράθη.
105	Κορυβάντων Θαλείων Ἀνδρείων	Η𐅄ΔΔⱤ	/Γ/	ἐπετρ.
130	Θεῶν Προκυκλίων	ΗΗΗΗ	Δ	ἐτράθη.
135	„ „	ΗΓ	Γ	ἐπετρ.

Perspicuum nunc demum videtur esse, quod *Διοσκόρων*, *Ἥρας Τελείας*, *Κορυβάντων*, *Θεῶν Προκυκλίων*, primum *ἐτράθησαν* tum *ἐπετράθησαν* sacerdotia. Aliud autem est investigare, cur *ἐπιπράσεις* eodem saepius factae sint anno quo *πράσεις*, pretiis tantopere interdum imminutis. Quam ad rem explicandam haud scio, an quid valeant, quae

tum gerebantur bella Galatica, nam quanta tum fuerit Erythris omnium rerum perturbatio, aliqua ex parte alio e titulo (II) Erythraeo[1]) efficere possumus.

Quaerat quispiam, quomodo fieri potuerit, ut cum c. v. 160 mentio fiat sacerdotii Ἀφροδίτης Πυθοχρήστου ἣν ἠγόρασεν δ. δ. idem iam b. v. 74 Ἡρακλεώτης Ἡροσῶντος (epiprasi adhuc non constat an prasi) redemisse feratur, nam si hic (v. 74) iam veneat, ἠγόρασεν illud ibi omnino tolerari non posse. Recte quidem! At quanam re permoti dextrum latus ante medium exaratum esse putabimus? An, quod Dittenbergerus, quem secutus est Herbrechtus, tres tituli partes illo ordine excipere sese censuit? Immo c medium inter a et b obtinet locum, quo cognito optime omnia congruunt, ubi v. 63 ἐπεπράθησαν suppleverimus, id quod inde quoque efficitur, quod Ἀχιλλέως, Θέτιδος, Νηρεΐδων et Διοσκόρων sacerdotia, quae antea (v. 51; 7) iam prasi venierunt eiusdem Epigoni anno denuo locantur.

At enim Hegesagoras ille, omniane, quae adhuc exposui irrita reddit? Illius enim hieropoei anno Aristomenes Metrodori f. Veneris sacerdotium prasi redemerat. Alio autem titulo Erythraeo[1]) (II) novem praetores, Hegesagora hieropoeo creati Apaturii anno, cum optime essent meriti de republica summis laudibus efferuntur. Quare Herbrechtus, cum incidisset in errorem, sacrificulos, quos novimus, omnes deinceps ac „ne uno quidem interiecto anno“ se excipere (p. 13), venditiones Hegesagora hieropoeo factas, omissas quidem, sed ante Apaturium ipsum ponendas esse coniecit. Gesserit licet Hegesagoras eo ipso ante Apaturium anno hieropoei munus, attamen venditiones tum factas esse omnino non opus est. Quid autem impedit, quominus duos tum fuisse Erythraeos illo nomine praeditos, aut eundem

1) cf. p. 22 n. 2.

bis sacrificulum factum esse censeamus, cuius rei sacerdotiorumque, quae illius anno venierunt, mentionem nullam fieri, non est, quod miremur praesertim cum titulus e summa infimaque parte, valde videatur esse mutilus. Accedit quod duo praeterea sacrificuli Pythocritus (v. 18) et Metron (v. 42) eadem usi sunt fortuna, hieropoei quidem fuisse feruntur, in lapide non inveniuntur.

Restat, ut videamus quomodo verba illa (v. 107) *Διὸς Βασιλέως εἰ μὲν ἔστιν κ. τ. λ.* ad *ἐπιπράσεως* definitionem nostram quadrent. Apposita ea esse illo loco, ut significarent, dubium fuisse illis temporibus, Iovis sacerdotium utrum prasi an epiprasi secundum leges venire deberet, ut exponerem supra iam operam dedi. Satis bene consentire videntur cum *ἐπιπράσεως* interpretatione nostra; haec enim eorum videtur esse sententia: *εἰ μὲν ἔστιν ἱερεὺς (κατὰ τὸν νῦν νόμον)* i. e. si iam veniit sacerdotium, — *ἐπιπωλεῖται, εἰ δε μὴ ἔστιμ* (i. e. nondum adhuc veniit) *πωλεῖται.* Non deerunt, quibus nimis artificiosa haec videatur interpretatio. Illud autem ne obliviscantur, *ἐπιπράσεως* definitionem nostram, ex ipsius tituli contextu ortam, cum ceteris huius argumentis omnibus optime congruere. Aliud praeterea est titulum, aliud scriptoris cuiusdam libros explicare arte expolitos; nam quam in illos adhibere soliti sumus enarrandi subtilitatem, ne nimis exerceamus in huiusmodi titulos cavendum est.

d) De diasystasi.

Diasystasin uno verbo *διασυνιστάναι* signifiatam ter in titulo nostro invenimus

Ἀπόλλωνος Καυκασέως κ. τ. λ.	v. 19
Ἀφροδίτης τῆς ἐν Ἐμβάτῳ	= 40
Ἀφροδίτης Πυθοχρήστου	= 160

De qua haec exposuit Dittenbergerus: „Si sacerdos ei, ad quem eo mortuo hereditate erat perventurum sacerdotium

iam vivus sive pretio accepto, sive gratis id tradit *διασύστασις* est“ (l. c. p. 536, n. 5). Quae sententia non omni quidem sed magna ex parte nobis est probanda, neque enim recte iudicavit Anthes qui *διασυνίστησιν* in latinum transfert „publice vendendum proponit“[1]) (p. 17); nam si ita se haberet res, nullo modo, ut exemplo utar, dici poterat: *Δαμασίστρατος Ἑκατωνύμου Ἑκατωνύμῳ Δαμασιστράτου διασυνέστησεν ἱερητείαν ἣν ἐπηγοράκει κ. τ. λ.* Effugisse praeterea videtur illum, diasystasi semper transiisse sacerdotia a patribus ad filios. Cessio[2]) igitur optime intelligetur, quam in sacerdotiis omnino non abhorruisse a Graecorum moribus, docuit iam Schoemannus,[3]) duo huius rei afferens exempla.

Ne in ipsa quidem diasystasi is, qui sacerdotium tradebat, pretium accepit, nam Erythraeos satis habuisse putandum est, cessionem ipsam in lapidem referre, pretio ad rempublicam nihil attinente omisso. At eponia cum in aerarium referrentur, pretiorum quoque mentionem fieri necesse erat! Concedo — „hac non successit alia adgrediemur via“.

Lege praescriptum erat, ut, qui sacerdotium redemerat, praedem daret. Quod, quam ob rem factum sit, ut inquiramus, nostrum nunc videtur esse. „Praedibus opera danda est, non solum, ut emptor condiciones satisfaciat susceptas, sed etiam, ut pecuniam et alia quae debet vectigalia rite pendat“ (Anthes p. 40). Quam sententiam, quantum ad titulum nostrum pertinet, omni ex parte amplecti non possumus. Aliud enim est, opera quaedam publica suscipere

---

1) p. 28 autem Rayeti comprobat interpretationem „*διασυνίστησιν* i. e. concedit“.

2) hanc autem vocem non certo iuris consultorum sed communi sensu intellectum volo cf. Weiske: Rechtslexicon II, p. 636 sqq.

3) Griech. Alt. II^3 1873, p. 424.

aut pecuniam sumere mutuam similia, aliud sacerdotio fungi. Postulabantur ibi praedes eam ob rem, ut, si redemptor officia non praestitisset suscepta, detrimenta inde orta praedis opera resarcirentur, quod omnino non valet in sacerdotes, qui rebus divinis rite non perpetratis a populo ipso aliquo modo puniri aut a munere amoveri poterant.[1]) Nullo unquam praeterea tempore Graeci a magistratibus — quorum in numero habendi quoque sunt sacerdotes — quolibet modo factis ut praedes darent munerum bene gerendorum causa postulavisse accepimus. Eam igitur ob rem praebuerunt illos Erythraei, ut sacerdotiorum, auctione redemptorum, pretia suo tempore penderentur, unde simul efficitur, ea non statim auctione facta soluta esse. Optime quae dixi, comprobari videntur, et aliis, quos attuli, titulis et Calchedonio primo (No. 3) nam pretio ibi soluto, sacerdos inauguratur, nullo scilicet allato praede.

Quae adhuc exposita sunt multo iam magis perspicua fient, ubi hunc tituli locum perlustravoris vs. 150 sqq.: *Ἀριστα̃γόρη Διονυσοδώρου μετὰ τοῦ παιδὸς Διονυσοδώρου τοῦ Ἀριστομένου κληρονόμος οὖσα τοῦ Ἀριστομένου τοῦ Μητροδώρου κατὰ διαθήκην διασυνίστησιν ἱερητείαν, ἣν ἠγόρασεν Ἀριστομένης Μητροδώρου ἐπὶ ἱεροποιοῦ Ἡγησαγόρου μηνὸς Ληναιῶνος τριακάδι. Ἀφροδείτης Πυθοχρήστου δραχμῶν* ΗΔΔΔ *καὶ ἐπωνίου* Π *Ἀπολλωνίῳ Ἀριστομένου · ἐγγυητὴς Ἀπολλωνίου Διονυσόδωρος Ἀριστομένου.* Aristagora mater cum Dionysodoro filio, ut ipso Aristomenis, mariti defuncti, testamento erat praescriptum *Ἀφροδίτης Πυθοχρήστου* sacerdotium Apollonio alteri filio cedit, praede Dionysodoro fratre.[2]) Quod eo consilio, num quis putabit Dionysodorum

---

1) ceteris de magistratibus notissimum „*ἀποχειροτονία*“ cf. Gilbert Handb. I, p. 63; 213. Boeckh. l. c. index Geldstrafen. Foucart l. c. p. 225, No. 22. C. I. A. II., 578, 614. C. I. G. 2715 v. 20 sqq.

2) Hanc in Aristomenis familiam qua ratione animadverterit Herbrechtus, prorsus non intelligendum, Dionysium Apolloniumque,

egisse, vadimonium ut faceret CXXX drachmarum ipsi sibi et matri solvendarum? Accedit alterum diasystasis exemplum, quod quae adhuc remanserint dubitationes omnes iam tollet praecidetque (vs. 38 sqq.): *Ἰατροκλῆς Ἡρακλεώτου Ἀριστείδῃ Ἰατροκλείους διασυνέστησε τὴν ἱερωσύνην Ἀφροδίτης τῆς ἐν Ἐμβάτῳ, ἣν ἐπηγοράκει ἐπὶ Κηφισίωνι τ. δ. ἐφ' ἱεροποιοῦ Μήτρωνος* **ΧΧΔΔΔΔ** *ἐπώνιον* **ΔΔΔΔ**, *ἐγγυητὴς Ἰατροκλῆς Ἡρακλεώτου*. Iatrocles pater, postquam filio sacerdotium tradidit, ipse se praedem offert MMXL drachmarum a filio solvendarum. In aerarium igitur redibat pecunia illa, unde efficitur — id quod summi sane est momenti, — Iatroclem, Aristomenem, Damasistratum tum, cum sacerdotia filiis darent, pretia nondum persolvisse, quae in totum sacerdotii tempus computata esse, eponium docet. Erythris igitur, ut Calchedone quoque factum cognovimus, sacerdotes non uno eodemque tempore pretia, praesertim cum interdum satis essent magna pendere debebant.[1]) Quo cognito iam ne clausula quidem tituli (vs. 165) tantas difficultates praebere videtur (p. 32).

Ad praedes paucis nunc oportet revertamur. Hoc enim ipsum, quod modo attuli *διασυστάσεως* exemplum ad illos

---

qui Aristomenis feruntur filii, non ex eadem matre natos esse putans atque Dionysodorum, eiusdem Aristomenis filium (p. 29). Nam „veri videtur dissimillimum patrem familias duos ex eadem atque Dionysodorum matre natos ab hereditate exclusisse". An exheredatus est, cui pater sacerdotium quidem non legavit, at alia scilicet, quae sane ut commemorarentur, titulo nostro non erat locus. Mater praeterea cum sola secundum leges iuste et legitime sacerdotium tradere non posset, Dionysodorus *κυρίου* quasi loco fungebatur. Dionysius denique utrum eodem, quo Dionysodorus Apolloniusque patre natus sit, cum iam per se verisimillimum sit, ea quoque ex re efficere malim, quod vs. 129 Dionysodoro — fratri sine ulla dubitatione — fidem interponit.

1) Simili modo Athenis gesta est res in reipublicae vectigalibus locandis cf. Boeckh. Staatsh. I² p. 418 sqq.; de eponio cf. Anthes l. c. p. 44 sqq.

quoque pertinet. Facili inde negotio efficitur, quod cum ipsum iam per se appareat, tamen hic modo apertius demonstratur, eum, qui ab initio vadimonium fecerit, tum solutum esse obligatione, cum is, cui fidem interposuerat, sacerdotium alteri cederet. Novo igitur sacerdoti, cessionario ut ita dicam, alius plerumque praes dandus erat.

e) Sacerdotes Erythraei quamdiu munere functi sint.

Sacerdotia qui redemerant, quamdiu obtinuerint, cum ceteris interdum praescribatur inscriptionibus, ex hoc titulo efficere plane non possumus. Neque enim quidquam valet hanc ad rem explicandam, sacerdotia si quis attulerit, quorum plus semel in titulo nostro venditiones commemorantur. Nam ut praeteream, nescire nos, quam ob rem sacerdotia illa denuo ad rempublicam redierint, illud quoque respiciendum est — id, quod interpretes inprimis Herbrechtus (p. 14) minime intellexerunt — non uno quoque anno πράσεις aut ἐπιπράσεις fieri debuisse, ita ut inter singulos, quos novimus hieropoeos spatium satis interdum longum intercedere potuerit.

Afferamus nunc, quae hac de re Rayet disseruit (p. 122): „La πρᾶσις a lieu lorsque par la suite de la mort ab intestat et sans héritiers directs du titulaire, soit par suite de sa condamnation à l'exil, ou à quelque peine entraînant l'ἀτιμία, soit enfin par suite de non exécution des conditions imposées un sacrifice se trouve de n'avoir point de propriétaire et fait retour à l'état". Adiungamus Dittenbergeri sententiam, quam Herbrechtus sequitur:[1]) „Id unum",

1) p. 16, cessionibus autem potissimum commotus haec addidit: „Sane fatendum est sacerdotia in certis familiis retineri potuisse". At illi ipsi qui sacerdotia filiis cedunt ea antea redemisse feruntur, cf. praeterea vs. 74, ubi Veneris sacerdotium denuo venit.

inquit, „dubites num recte R. statuerit sacerdotia hereditaria fuisse, ut emptore mortuo ad eius heredes pervenirent. Neque enim facile est intellectu, quomodo, si ita fuit, tantus sacerdotiorum numerus in civitate mediocri, exiguo temporis spatio venire potuerit. Quare probabilius videatur, ad vitae tempus veniisse, ut Halicarnassi factum testatur titulus 371,8. At fatendum est, quae v. 150 sqq. de Aristomenis Metrodori f. sacerdotio narrantur, necessario de sacerdotio hereditario intelligenda esse.“ Quamquam igitur Dittenberger, quem in errorem inciderit Rayet satis aperte declaravit, tamen ne hunc quidem sequi possumus, nam cum, — ut ipse confitetur, — sacerdotia interdum fuisse hereditaria constet, ut in vitae tempus venierint, nullo modo effici potest.

Immo potius toti interpretationi nostrae ab his tituli locis proficiscendum est

v. 23 *ἐφ ἱεροποιοῦ Ἑρμοκλείτου μηνὸς Ληναιῶνος αἵδε ἐπεπράθησαν ἱερητεῖαι.*

v. 94 *αἵδε ἱερητεῖαι ἐπράθησαν ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἀπατουρίου μηνὸς Ληναιῶνος.*

v. 99 *αἵδε ἐπεπράθησαν ἐφ ἱεροποιοῦ Ἀπατουρίου μηνὸς Ληναιῶνος* (cf. p. 26).

v. 109 *αἵδε ἱερητεῖαι ἐπράθησαν ἐφ' ἱεροποιοῦ Ζηνοδότου μηνὸς Ληναιῶνος.*

v. 119 *αἵδε ἱερητεῖαι ἐπεπράθησαν ἐπὶ ἱεροποιοῦ Ἡρακλεώτου μηνὸς Ληναιῶνος.*

v. 150—159. *Ἀρισταγόρῃ Διονύσοδώρου διασυνίστησιν ἱερητείαν ἣν ἠγόρασεν Ἀρισομένης Μητροδώρου ἐπὶ ἱεροποιοῦ Ἡγησαγόρου μηνὸς Ληναιῶνος τριακάδι.*

v. 44 *ἱερητεῖαι ἐπιπωληθεῖσαι ἐφ' ἱεροποιοῦ Ἑρμοστράτου μηνὸς Ποσιδεῶνος ὀγδόῃ ἐξιόντος.*

His modo locis, quo mense *ἐπράθησαν* aut *ἐπεπράθησαν* sacerdotia, nobis traditum est; quinquies Lenaeonem semel Posideonem invenimus. Sacerdotia ergo mense quo-

dam constituto venire solebant. Quod autem venditio commemoratur, Posideone mense facta nihil iam ad sententiam nostram infligendam valet, praesertim cum sit ἐπίπρασις. Nam sacerdotia illa, quae num duobus plura fuerint, equidem dubito, morte sacerdotum aut aliam ob causam nobis ignotam orba, tempore insolito venire debebant, cum dei sine sacerdotibus esse non possent. Accedit quod haud scio an unus idemque sacerdos illis muneribus functus sit.

Erythraeorum praeterea leges sacerdotibus permisisse quis est, qui putet, ut sacerdotia ad vitae tempus redempta diasystasi aliis traderent. Tanta si usi essent sacerdotes licentia, facili negotio ut nullo unquam tempore sacerdotia ad rempublicam denuo vendenda redirent fieri potuit. Calchedonio quoque illo titulo vetitum hoc videtur esse, ita enim intelligenda esse censeo vs. 11 sqq: ἄλλῳ δὲ μηθενὶ ἐξέστω τὴν ἱερωτείαν ἢ ἑαυτῷ.

Rem igitur hocce modo habuisse se coniciam. Sacerdotia trigesimo (p. 26) sive alio Lenaeonis mensis die prasi aut epiprasi, in certum quendam annorum numerum,[1]) qui in singulorum deorum sacerdotiis diversus esse potuit, venibant. Quo tempore praeterito, eodem mense epiprasi venibant, quod omnino fieri non potuit, si sacerdotia hereditaria fuissent, aut in vitae tempus veniissent. Quamdiu autem sacerdotes erant, sub condicionibus quibusdam arbitrio eorum permissum esse videtur, magistratibus scilicet aut popopulo assentientibus, ut sacerdotiis se abdicarent, diasystasique alteri ea traderent.

---

1) In eandem sententiam iam incidit Anthes l. c. p. 26 sq.: „nescio, num existimare liceat, in certum quoddam tempus sacerdotibus mandata fuisse munera; ego certe nescire me confiteor quo alio modo fieri potuerit, quod uno fere tempore tam multa sacerdotia in aliorum manus transeunt.

Qua sententia probata, difficultates omnes facili negotio sublatae videntur esse. Minimum Erythraerum intererat, utrum, qui sacerdotium redemerat, totum per tempus obtineret, an alteri sive vivus sive testamento traderet; post temporis quoddam spatium constitutum, aut si quid ex iis acciderat, quae enumerat Rayet, ad rempublicam id rediturum esse sciebant, ut denuo epiprasi veniret.

Quaesiverit quispiam, quanam re adducti sint Graeci, ut sacerdotia sicut portoria aut vectigalia[1]) auctione publica emenda vendenda instituerent, alios honores ut antea nemini nisi optimo cuique administrandos mandarent. Quare cum, quibus temporibus ceteri tituli exarati sint, parum constet, Erythras nos convertamus. Vidimus titulum nostrum illi aetati esse attribuendum (p. 23) rumoris ac periculi plenae, qua Leonnorius anno a Chr. 278 a Nicomede contra Zipoiten mercede arcessitus[2]) cum catervis suis urendo populandoque Asiam circumvagans, omnium animis summum iniecit timorem. Adeo illis temporibus Erythraeorum res quondam florentissimae diminutae et inflictae erant, ut stipendia mercenariis praebenda iam non cogere, nedum tributa a Galatorum illo principe imposita persolvere possent; neque tum primum illam fuisse rerum Erythraearum conditionem, ex tota illius aetatis historia perspici potest. Itaque nimirum cum viderent, omnium eorum qui honoribus publicis fungerentur, sacerdotes solos e muneribus administrandis lucrum capere, eadem ex re utilitatem ferre voluerunt; sacerdotia igitur emenda vendenda instituerunt.[3]) Idem spectavisse alias quoque Graecorum civitates iam e titulis

1) Boeckh.: Staatsh. I² p. 418 sqq.
2) Droysen: Hellenismus II_2, p. 355, III. 191 sq.
3) cf., quae de Boeckhii simonia recte indicavit Herbrecht p. 38.

ipsis cognovimus, nam in omnibus fere quos attulimus reditus enumerantur et emolumenta nec vilia, quae sacerdotibus cederent.[1]) Alia praeterea quae fuerint commoda ut domus publica,[2]) *σίτησις ἐμ πρυτανείῳ*,[3]) *προεδρία*[4]) similia, cum sint notissima enumerare iam absistam. Quibus rebus omnibus, quin allicerentur ad sacerdotia redimenda penes quos potestas erat, iis fungendi, fieri non potuit. Cum autem auctione venirent publica (p. 37), licebantur illi pro reditibus, quos inde se laturos esse sperabant, impensas simul respicientes cum illis muneribus interdum coniunctas.[5]) Ingentes enim sunt pretiorum diversitates, nam cum *Γῆς* sacerdotium decem drachmis fuisse inveniamus (v. 55), Molion contra MMMMDCX drachmis Mercurii sacerdos factus est (v. 92). Complurium quoque deorum sacerdotia ita, ut ab eodem gererentur, contrahebantur, quorum scilicet singulorum nullus inventus esset redemptor, neque enim *Ἀπόλλωνα Καυκασέα καὶ Ἀρτέμιδα Καυκασίδα καὶ Ἀπόλλωνα Λύκειον καὶ Ἀπόλλωνα Δήλιον καὶ ποταμὸν Ἀλέ-*

---

1) cf. quae exposuerunt Schoemann: Griech. Alt. II³ 1873 p. 229, 434. Hermann Griech. Alt. II², 1858, § 35 n. 11—14. Stengel: Quaestiones sacrificales (Gymn.-Progr. Joachimsthal, Berl. 1879). Jules Martha l. c. p. 120 sqq. His autem sacerdotum de reditibus cum materia paene iam collata propediem agendum mihi proposuerim, plura iam verba facere nolui; excusationem simul habere inde mihi liceat, si quidem aliis quoque commentarioli mei locis hac de re aliquid in suspenso reliquerim.

2) cf. Jules Martha l. c. Vitruo II, 8, p. 64 Paus V, 15, 8; X, 34, 7 (Leb. II, 147 g; 326 v. 37) Mitt. d. Inst. VII, p. 155, Bd. c. H. VI, p. 495 *Ἐφημ ἀρχαιολ.* 1883 p. 109 sqq. (Eleusis) A v. 17; 23, 69, 73 B 49, 65, 72, 80 *γ* v. 10.

3) cf. titt. Prienenses. Schoell.: Herm. VI, p. 14.

4) G. Hermann Gr. Alt. III³₂, p. 91 sqq.; 291 n. 2; 295 n. 1.

5) Qua de re, quae exhibent tituli imperatorum Romanorum aetate scripti ad nostrorum titulorum tempora nondum valent cf. Kuhn: Staedt. u. buerg. Verf. d. roem. Reich. 1864 I, p. 106 sqq. Friedlaender S. G. II⁵ p. 556 sqq. Marquardt: St. V. I², p. 503, sqq.

ονια[1]) (v. 19 sq.) omnes *θεοὺς συμβωμίους* fuisse putandum est. Erythraeorum denique res publicas, qui norit, Herculis cultum et aetate et auctoritate praeter ceteros floruisse non ignorabit. Illius imprimis dei imago Erythraeorum nummis imprimi solebat,[2]) templum in arce positum, si quidem Pausaniae verbis fides est habenda antiquitate tota Graecia insigne erat.[3]) Attamen Herculis ipsius sacerdotium non tantum pretio valuit, quantum, quod iam commemoravi *Ἑρμοῦ Ἀγοραίου* aut *Ἀφροδίτης τῆς ἐν Ἐμβάτῳ*. Nec minime hoc quidem mirandum, nam quamquam quid Erythraeorum sacerdotibus cesserit, nescire nos summopere dolendum est, multo maiores fuisse Mercurii et Veneris sacerdotiorum reditus quam Herculis apparet.

Sacerdotia vendendi morem ex Asiae urbibus profectum, in insulas Graeciaeque urbes esse translatum satis probabiliter exposuit Herbrecht hunc praeterea Ciceronis afferens locum (pro Sest c. 26, 56): „Lege tribunicia Matris Magnae Pessinuntius ille sacerdos expulsus et spoliatus sacerdotio est fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitaro impuro homini atque indigno illa religione, praesertim cum ea sibi non colendi, sed violandi causa adpetisset.“ Id unum quidem dubitaveris, num re vera illis temporibus sacerditiorum venditio publicum iam fuerit Pessinuntiorum institutum. Hercules autem Corybantesque Erythraeorum dei, cum mihi quidem non multum hanc ad rem valere videantur, id ipsum summi esse momenti puto, quod Halicarnassii eo ipso tem-

---

1) cuius de templi ruinis cf. Hamilton: Reisen in Kl.-Asien, Pontus u. Armenien, dtsch. v. Schomburgk 1843, II, p. 8.

2) Lamprecht l. c. p. 58.

3) VII 5, 2. Lamprecht l. c. p. 56. cf. praeterea Leb. II, t 70, qui Erythrarum urbis regionem charta describens litteram N., quae septentrionalem significat partem, meridionali falso adscripsit.

pore cum Dianae Pergaeae caerimonias in urbem reciperent, simul sacerdotium emendum vendendum proposuerunt.

Hoc denique moris, num alienum prorsus fuerit, ab ipsius Graeciae urbium institutis nunc quidem deficientibus testimoniis nec affirmari nec negari potest. Sed si consideramus, cum ante paucos hos annos unum exstiterit decretum Dionysii Halicarnassii verborum testis, nunc iam haud exiguum esse titulorum numerum huc pertinentium, sperare nobis licet, tempore non nimis longinquo plura et certiora huius rei testimonia in lucem proventura esse.

Altera quaestionum particula disputatio erit de sacerdotum apud Graecos reditibus.

Conspectus.

I.

Seite

1) Titulus Myconius (Andrius) 8

II.

A. Tituli publici.

2) Titulus Halicarnassius 10

3) „ Calchedonius I. 12

4) „ Rhodius (?) 14

5) Tituli Prienenses 16

B. Tituli privati.

6) Titulus Tomitanus 17

7) „ Calchedonius II. 18

III.

8) Titulus Erythraeus:

a. Quaestiones epigraphicae 21

b. Quaenam venierint Erythris sacerdotia 32

c. De prasi et epiprasi 35

d. De diasystasi 46

e. Sacerdotes Erythraei quamdiu munere functi sint . 50

Theses.

Mordtmanni emendatio in Ciceronis orat. in Pis. 85 „Jovis Zvelsurdi“, (cf. Rev. arch. XIX, p. 301) ubi vulgo legunt „Jovis Urii“ sine ulla dubitatione recipienda est.

Posterioribus antiquitatis graecae temporibus cum ludos publicos (*ἀγῶνας*) interdum ita esse factos doceat titulus Amorginus (Bull d. corr. Hell VIII, p. 451) ut, qui iis interesse vellent, stipes (*συμβολὰς*) darent, quae aliis in titulis legimus „*πανηγύρεις ἀτελεῖς*“ (Le Bas Waddington: Voy. arch. III, No. 2720 a) aut „*ἀτέλεια τῶν Παναθηναίων*“ (Ber. d. Berl. Acad. 1874, p. 16, III, v. 7) ita intelligenda sunt, ut ludi hic commemorentur, vacui ab illo vectigali.

In Sophoclis tragoediis heroes non caeco, ut ita dicam, fato acti in perniciem ruunt, sed ipsorum potius impulsi vitiis et libidinibus.

Vita.

Natus sum Bruno Lehmann a. d. VI Id. Apr. anni MDCCCLXIII patre Carolo, quem morte mihi ereptum doleo, matre e gente Wolff, quam adhuc vivam colo. Fidei addictus sum evangelicae. Gymnasium frequentavi Thorunense; autumno anni MDCCCLXXXII maturitatis testimonio instructus primum quidem Gryphiswaldiam me contuli, sex autem ibi mensibus peractis almam petii litterarum universitatem Albertinam, ubi me per novies sex menses studiis dedidi philologicis. Duo per semestria seminarii philologici exercitationibus sodalis interfui et per septies sex menses archaeologicis ab Hirschfeldo institutis. Docendi facultatem adeptus, rigorosum, quod dicunt, examen sustinui a. d. VI Non. Iul.

Per quinquennium temporis academici andivi vir. ill. Gryphiswaldiae:

Kiesslingium, Preunerum, Wilamowitz-Moellendorffium.

Regimonti:

Friedlaenderum, Hahnium, Hirschfeldum, Jeepium, Jordanum †, Kissnerum, Ludwichum, Ruehlium, Schubertum, Thielium, Walterum.

Omnibus meis praeceptoribus imprimis Hirschfeldo optime de me merito gratum semper servabo animum.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
292L52Q C001
QUAESTIONES SACERDOTALES REGIMONTI
3 0112 023588574